Nouerint uniuersi sancte ecclesie filii tam in presenti etate positi. quam in sequenti posteritate successuri. qualiter quedam matrona. N. *Sophia* delegauit in manum *filii sui Chǒnradi* ad *Pielaha* mansum unum et uineam. eo tenore ut idem *Chǒnradus* legaret super altare S. Marie pro requie anime sororis sue. Quod et factum est. et testes isti sunt adsciti. *Dietmar. Wichpoto.*

LXV.

Hoc etiam memorie commendandum est. quod quidam. N. *Gebehart de gozinsdorf* tradidit super idem altare iugerum et partem augie scilicet iugerum unum et dimidium.

Digitized by Google

Sed et alii in eodem loco reliquam partem eiusdem augie tradiderunt.

LXVI.

Nouerint omnes Christi fideles qualiter quidam. N. *Herwich* tradidit super altare S. Marie dimidium mansum ad *Mirsi* prius iuramento super idem altare dato. quo se compotem tradendi affirmauit. quocunque uellet. Huius delegationis per aurem adtracti sunt testes. *Piligrim. Megingoz. Ôdalrich. Gunthere. Rôdpreht. Bertolt. Liuker. Waltchon. Trutman. Reginhart. Liuze.*

LXVII.

Notum sit omnibus Christi fidelibus . . . . . qualiter quidam. N. *Gerrich* tradidit super altare S. Marie dimidium mansum . . . . . et duo mancipia. N. Waldman et Hirzman in proprium seruicium. et alia. IIII^{or}. N. Woluolt. Gnanna. Mahthilt. Hiltigart. pro tributo. V. denariorum annuatim persoluendo.

LXVIII.

Nouerint uniuersi sancte ecclesie filii. qualiter quidam. N. *Fridericus* tradidit super altare S. Marie mansum unum in loco qui uocatur *Terna.* et mancipium. N. Wigo cum tribus aliis in proprium seruicium. Huius traditionis adhibiti sunt testes. *Adalpreht. Marchwart. Willihalm. Wigant. Dietprant. Adalpreht. Heribreht.* Inuestiture *Willihalm.*

LXIX.

Nouerit uniuersitas Christi sanguine redemptorum qualiter quidam. N. *Hartwicus* ministerialium *Engilberti comitis.* in extremis suis misit fratrem suum *Tutonem* ad propinquum amborum scilicet *Ôdalricum* eo quod nobilis esset. quatinus traditionem predii sui *Purchartiswisin* dictum delegaret ad altare S. Marie quod ipse dudum sanus cogitabat facere. Cuius etiam uotum rogatus delegator perduxit ad effectum. Huius traditionis per aurem adtracti sunt testes. *Ôdalrich. Rantwic. Ortwin.*

LXX.

Nouerit omnium Christi fidelium tam presens etas quam successura posteritas qualiter *Dietricus* frater *Gebehardi comitis* pro remedio anime eiusdem germani sui dedit predium quoddam *Egizinisdorf*

Digitized by Google

dictum ad altare S. Marie mancipiis possessum in usum fratribus deo hic et eidem genitrici eius die noctuque seruientibus. Huius traditionis testes satis idonei hi sunt adhibiti. *Heinricus et* frater eius *Sigihardus* filii scilicet *Sigihardi comitis. Chŏno. Meginhart. Gumpoldus.* aliique quam plures.

LXXI.

Nouerint uniuersi sancte ecclesie filii. qualiter quidam *Piligrimus* pro dilectione filii sui *Chŏnradi nobiscum in monasterio educandi.* tradidit predium quoddam *horne* dictum in manum *Ottonis* nobilis uiri delegandum ad altare S. Marie. Quod ille impediente cuiusdam rei obstaculo implere non ualens. signauit eandem traditionem in manum *Werigandi comitis* delegandam sicut ipse rogatus fuerat. Quod et factum est. Huius traditionis adsunt testes conscripti. *Volcholt. Erchinpreht. Anshalm. Snello. Otto.* et alii.

LXXII.

Nouerint omnes sancte ecclesie fideles. qualiter *Liupoldus marchio* rogatu domini abbatis et fratrum. fecit diuisionem silue *Nortwalt* quam dominus *Altmannus* episcopus tradidit ad altare S. Marie. Hec enim nobis fuerat aliquanto tempore iniuste ablata. sed deo adiuuante per *iuniorem L.* restituta. Hanc etiam dirimens cepit a fluuio qui uocatur *obizinpach* uersus *occidentem* posito et terminum faciens *amnem Chremisiam* e regione fluentem. Subinde incipiens a monte qui metallicus (superscriptum est: *arizperch*) dicitur ad *australem* plagam sito. et pertendens ad uiam que ducit ad nouale *Chotanisriuti* dictum. Cuius diremptionis ab ipso sollempniter super altare S. Marie celebrata est traditio. et ne umquam temeretur adhibitis testibus confirmata. quorum hec sunt nomina. *Werigant. Dietmar. Gotiscalch.* presentibus etiam suis ministerialibus plurimis.

LXXIII.

Nouerint omnes uniuersalis matris ecclesie fideles. tam presentium etas. quam succedentium futura posteritas. qualiter quidam *nobilis Waldo* coram *marchione L.* et eius consensu propter pactum uidelicet quod inierant. tradidit siluam quandam uulgarica lingua *Chotiwalt* dictam ad altare S. Marie. sicut fratres nostri cum legatis eius certis terminis designauere. Quam dirimentes. ceperunt a *fluuio Chremisia* dicto ad *orientalem* plagam decurrente. et terminum huius

Digitized by Google

dimensionis *prata Wolfperti* uersus *occidentem* sita fuerunt. Deinde incipientes a nouali quod dicitur *Sigin* ad *austrum* uergente. finem huius diuisionis posuerunt uiam que ducit *uogitisawa* respiciente ad *aquilonem.* Huius designationis et celebrate traditionis per aurem sunt adtracti testes idonei. *Werigant. Gotiscalch. Nizo. Anshalm, Adelolth.* et alius *Adelolth. Osrich.*

LXXIV.

Notum sit uniuersis sancte ecclesie fidelibus qualiter quidam nobilis *Aribo* in extremis suis hereditaria iura inter monasteria distribuens tradidit predium quoddam ..... in manum *Otachari marchionis.* delegandum hoc in loco ad altare S. dei genitricis. Quod et actum est. Huius traditionis adhibiti sunt testes. *Ôdalrich. Walthere, Rapoto. Hezil.*

LXXV.

Nouerint uniuersi sancte ecclesie filii qualiter quidam de familia s. Stephani uocabulo *Wezil* ob remedium anime sue tradidit dimidiam uineam apud *huntisheim* sitam ad altare S. Marie. usu fructuario sibi quo ad uiueret concesso. hanc addens etiam conditionem ut si absque legitimo herede obiret. altera dimidietas deo hic eiusque genitrici seruientibus perueniret. Huius traditionis introducti sunt testes. *Werigant. Piligrim* fratres eiusdem *Wezilonis. Alrich. Zeizo. Liuprant. Otto. Heriman.*

LXXVI.

Nouerint uniuersitas Christo credentium qualiter quidam *Diethardus* cum compare sua *Elisabeth* dicta *apud nos seculo renuncians* tradidit predium suum *Waltrichisdorf* dictum ad altare S. Marie pro remedio amborum. Quod trans montes in medio duorum fluminum *Triestnich* et *Piestnich* situm iungitur illi fundo quem fratres IIII^{or} marcis comparauerunt ab eius cognato. Addidit etiam V. mancipia quorum hec sunt nomina. Engilhalm cum uxore sua. Diethpurch. Ozie. Liuphilt. Hizala.

LXXVII.

Nouerit uniuersitas Christianitatis qualiter quedam matrona uocabulo *Bertha* non longe in nostra possessione conuersa tradidit predium suum *Gôtlingin* dictum ad altare S. Marie pro remedio anime sue. cum mancipiis quorum hic sunt nomina conscripta. Sigihart.

Digitized by Google

Gisilhere et uxor eius Engiza et filii eorum Ekkirich Wigant Gisilhere. Mazile et uxor eius Meginza et filii eorum. Mazilie cum filiabus eius Ita Otilia. Perwin et filius eius Engilbertus cum filia Chuniza. Item alius Engilbertus. Chazilie. Heilka et filius eius Aribo. Gisila. Irmingart et filius eius Walthere cum filia Richkart. et alius Walthere. Christina. Huius traditionis adhibiti sunt testes. *Perehart. Snello. Reginhart. Otto. Heriman. Lanzo. Willihalm.*

LXXVIII.

Nouerint omnes sancte ecclesie fideles. qualiter quidam *Marchwardus* rogatu domini *Chazilini presbiteri nobiscum in monasterio iam degentis.* tradidit tria mancipia Starchman. Dietmar. Bertha. ad altare S. Marie pro. V. denariis annuatim soluendis. Huius traditionis adhibiti sunt testes. *Perehart. Izo. Wiziman. Alrich. Marchwart.*

LXXIX.

Nouerit uniuersitas Christi fidelium tam presentium etas quam succedentium futura posteritas. qualiter quidam *Růdiger* delegauit quoddam mancipium Irmingart ad altare S. Marie pro. V. denariis annuatim soluendis. subiungens hanc etiam conditionem. ut si statutum transgrederetur. seruitutis debito obligaretur. Huius traditionis adhibiti sunt testes. *Brun. Grim. Ebo. Bertolt. Liutolt.*

LXXX.

Notum sit cunctis Christi sponse filiis. qualiter quidam *Poppo* cum uxore sua *Rilinda* tradidit unum mancipium ad altare S. Marie cui uocabulum est Volrath cottidiane seruitutis penso mancipandum. Huius traditionis testes adhibiti sunt satis idonei. *Grim. Ebo. Adalbero. Bertolt. Agalbero. Erminhart.*

LXXXI.

Notum sit omnibus catholice matris ecclesie fidelibus. qualiter quidam *Ludiwicus* tradidit IIII^{or} mancipia. Heriman. Adalgoz. Hirzpurch. Judita. ad altare S. Marie pro consueta census solutione. annuatim soluenda. Huius traditionis introducti sunt testes. *Grim. Othpolt. Liupolt. Rődpreht. Snello. Gerunc.*

Digitized by Google

LXXXII.

Et hoc notandum quod quidam *Northpreht* tradidit mancipium unum. N. Arnoldum ad altare S. Marie. interposito huius conditionis tenore. ut si trium annorum curricula neglexerit. debito cottidiane seruitutis subiaceat penso. Huius traditionis testes extiterunt. *Snello. Liupolt. Otto. Meginhart.*

LXXXIII.

Notum sit omnibus sancte ecclesie cultoribus qualiter quedam fidelis mulier. N. *Frizala* ancillam suam Irmingart et eius filium Engilbertum cum filia Hadalŏch cum omni posteritate eorum tradidit ad altare S. Marie ob censum. V. denariorum. Huius traditionis testes presenti pagina continentur fideles. *Snello. Liuthere. Bertolt. Ekkirich. Bertolt.*

LXXXIV.

Nouerit uniuersitas fidelium sanguine Christi redemptorum qualiter quidam *Guntherus* frater *Potonis monachi nostre congregationis* tradidit predium suum *Tristnich* dictum ad altare S. Marie absque omni contradictione pro sua suorumque parentum absolutione. Huius traditionis extiterunt testes. *Piligrim. Othpolt. Dietrich. Liutolt.* Inuestiture *Piligrim.*

LXXXV.

Nouerint uniuersi Christi sanguine redempti. qualiter quidam uocabulo *Sueiko* cum uxore nomine *Widara* tradidit iugerum unum et dimidium apud *Grie* situm ad altare S. Marie pro remedio amborum nullo contradicente hominum. Huius traditionis testes extant hic notati fideles. *Snello. Reginhart. Mazile. Azilie. Snello. Riwin. Wichman. Hiltimar.*

LXXXVI.

Nouerint omnes uniuersalis ecclesie fideles quod quidam *Mazile* cum compare sua. N. *Wirtinna* eadem die sub eisdem testibus dedit IIII^{or} mancipia ad eundem tytulum pro consueta census solutione annuatim soluenda. quorum uidelicet hec sunt uocabula. Gisala. Hazaha. Adala. Bertha.

LXXXVII.

Nouerit numerositas omnium Christi sanguine redemptorum. qualiter quidam *Vrliuch* cum compare sua uocabulo *Imila* tradidit

Digitized by Google

duas uineas cum suis appendiciis ad altare S. Marie absque ulla contradictione pro remedio amborum uel animarum utrorumque parentum. unam uidelicet sitam ad *Imizinisdorf*. alteram ad *Altmannisdorf*. Huius traditionis testes sunt adhibiti. hac pagina notati. *Huch* eiusdem traditoris germannus. *Volrat. Hirz. Ôdalrich. Engilman.* Inuestiture *Huch.*

LXXXVIII.

Nouerint omnes Christi fideles qualiter quidam *presbiter.* N. *Chazilie* tradidit super altare S. Marie predium suum ad *Chumberg.* et uineam unam.

LXXXIX.

Nouerit omnium Christi fidelium tam presens etas quam successura posteritas. qualiter quidam *Nantker* ob remedium anime sue tradidit dimidium mansum ad altare S. Marie. Huius traditionis per aurem adtracti sunt testes. *Brun. Huc. Heriman. Sigifrit.*

XC.

Et hoc memorie commendandum quod fratres nostri precio dato comparauerunt aliud predium *hezimannisdorf* dictum ab eodem *Nantkero.* predicto quidem fundo contiguum tribus tamen partibus excellens. sub testibus iam supradictis.

XCI.

Notum sit cunctis sancte ecclesie filiis qualiter quidam nobilis uocabulo *Ruodolfus* dedit mansum unum ad *Adilindorf* situm ad altare S. Marie pro remedio anime sue. ea uidelicet conditione si ipsum absque legitima coniugii copula contigerit obire. Huius traditionis testes adsciti sunt. *Brun. Grim. Reginger. Ebo. Liutolt. Wolfkanch.*

XCII.

Notum sit cunctis Christi sanguine redemptis. qualiter quedam matrona uocabulo *Richiza* ob remedium anime sue suorumque parentum absolutione tradidit predium quoddam *Geroltingin* dictum ad altare S. Marie in usum fratribus deo hic sanctisque eius seruientibus. Huius traditionis adhibiti sunt testes. *Manegolt. Bertolth. Marchwart. Ôdalrich. Werinhart.* et alius *Ôdalrich. Wigo. Wichart.* Inuestiture *Manegolt. Bertolt.*

Digitized by Google

XCIII. et XCIV.

Nouerint uniuersi Christi sanguine redempti. qualiter *domina Sophya Herimanni regis relicta* tradidit ad altare S. Marie *predium* quoddam *Meginoldi* dictum habens trium quantitatem mansorum tam pro sue anime quam pro remedio parentum utrorumque. Huius traditionis sunt adsciti testes satis idonei. *Otto filius eiusdem regine. Wichpoto. Wirinch. Heriwich. Adalbero. Hecil. Ôdalrich. Zeizo. Dimar. Otto.* Inuestiture *Otto.*

Qua hora. quo loco etiam predictus *Wichpoto* tradidit predium quoddam in *Machlant* situm ob remedium anime uxoris sue nouiter defuncte et apud nos sepulte sub testibus prenotatis.

XCV. et XCVI.

Nouerint tam presentis eui fideles quam eorum loco successuri heredes qualiter quidam nobilis *Marchwardus* rogatu uxoris sue *Mathilde* tradidit dominicale quoddam. uineam et molendinum cum appendiciis suis apud *Pielaha* sita ad altare S. Marie fratribus die noctuque. dei omnipotentis genitrici seruientibus. Huius traditionis testes idonei habentur presenti pagina conscripti. *Manegolt. Dietmar. Hartwich. Regil. Meriboto. Ellinwich. Chôno. Adalbero.*

Idem etiam *Marchwardus* eadem hora sub eisdem testibus tradidit aliud dominicale ad eundem tytulum S. Marie *Marchwartisdorf* dictum cum duabus uineis et *ecclesie partem* quam cum *Friderico* habebat communem. Hec omnia donauit sicut dictum est pro sua suorumque parentum absolutione.

XCVII.

Nouerit omnium Christi fidelium tam presens etas quam successura posteritas. qualiter quedam nobilis matrona uocabulo *Margareta* multis erga nos beneficiis dedita. que ad *Straneisdorf* mansum ante dedit. etiam possessionem duorum mansorum et dimidium iuxta *Persniche* sitam et *Pennindorf* dictam ad altare S. Marie tradidit. Huius traditionis adhibiti sunt testes. *Wierigant. Gebehart. Piligrim. Wolfker. Vrliuch. Marchwart* et filius eius. Inuestit. *Werigant.*

XCVIII.

Commendandum est cunctorum memorie fidelium. qualiter priuilegium *regis Heinrici* uidelicet. V^{ti} imperatoris nobis auctoritate super

Digitized by Google

ecclesie nostre bona donatum. in synodo patauiensis ecclesie precipiente uenerabili *episcopo Ődalrico* est recitatum. et ipsius banno cleri primatumque fauore. perpetua stabilitate firmatum. Huic conuentui interfuere he probabiles persone. De domo s. Saluatoris *Adalrammus* abbas. De clero autem. IIII^{or} prepositi. De domo s. Stephani *Jembertus*. De domo s. Nikolai *Ődalricus*. De domo s. Floriani *Isinbertus*. De domo s. Michaelis *Pezimannus*. Willibertus *decanus* de domo S. Stephani. Archipresbiteri tres. *Eppo. Helmbertus. Gumpoldus*. De primatibus etiam isti. *Dietricus comes. Ődalricus de Williheringin* aduocatus super domum s. Stephani. *Reginbertus* et duo filii eius. aliique quam plures idonei testes.

XCIX.

Nouerint omnes tam presentis eui superstites quam loco eorum successuri heredes. qualiter fratres isti diuina gratia opitulante. iudicio igniti ferri siluam *hauperg* dictam optinuerint. quam dominus *Altmannus episcopus* S. Marie et ei hic seruientibus tradidit. Hanc ergo controuersiam cum aliqui de ministerialibus s. Stephani erga episcopum concitarent. et se beneficium in eadem silua habere dicentes. inportunis uocibus iudicium exigerent. placuit episcopo et precepit id *diuino examini* committere. nullo eius sententiam ualente nostri uice permutare. Nos uero tam etsi iustam causam habentes non auderemus contraire. sicut nec fas est tali decreto. talique persone. tamen presumentes de miseratione superne pietatis. et precibus cui deuoti existimus. dei genitricis manus tetendimus. et sicut notum est teste eodem presule et multis coram positis. misericordiam consecuti sumus. Huius rei idonei testes extant. *Engilbertus* archipresbiter et prepositus s. yppoliti. *Witimar. Ővie. Adalram* presbiteri. De laicis uero *Růdolfus de berga*. et *Hartlieb*.

C.

Notandum atque diligenter est memorie fidelium committendum. qualiter *abbas noster* communicato seniorum consilio. commutationem fecerit possessionis *Rategasth* erga *Ődalricum de houistetin*. ipso uidelicet *Ődalrico* nobis hoc consilium subministrante. data sibi uicissim tercia decimationum parte ad *houistetin* que nobis contingebat. Sed et hoc cum licentia domini *episcopi*. et *marchionis* consensu est patratum. nichilominus etiam *aduocati nostri* sicut iustum

Digitized by Google

est interueniente equitatis ratione. Huius mutue traditionis adhibiti sunt idonei et necessarii testes. scilicet filii tres eiusdem. *Ő.*(dalrici) *Piligrim. Ődalrich. Tiemo. Ratolt. Eber. Snello.*

CI.

Nouerint uniuersi katholice matris ecclesie filii. qualiter quidam nomine *Pabo* predia sua que proprietatis iure possedit in *bawaria* cum mancipiis. XXVIII. tradidit ad altare S. Marie absque ulla contradictione pro consueta. V. denariorum solutione. excepto Richberto quem ut predia optulit ex toto. Huius traditionis adhibiti sunt testes. *Heriman. Perehart. Piligrim. Perehart. Adalbero. Zeizo. Wizilie. Mahtfrit.*

CII.

Notum sit uniuersis sancte ecclesie filiis qualiter quidam nobilis *Růdolfus* delegauit predium suum *tiufinbach* situm plus dimidio manso habens. in manum *Peringeri* cuiusdam nobilis uiri tradendum super altare S. Marie ob remedium anime sue pariterque parentum suorum absolutione. Quod et factum est. Huius traditionis adsciti sunt testes idonei. *Harthlieb* et frater eius *Růdolfus. Heriman. Vrliuch. Meginhart. Heriman.*

CIII.

Nouerint uniuersi christiane religionis cultores. qualiter quedam uidua *Gerdrut* ob remedium anime mariti sui *Dietrici* dedit dimidium mansum ad altare S. Marie apud *tiufinbach* situm. Huius traditionis testes continentur presenti pagina conscripti. scilicet *Růdolf. Ődalrich. Růdolf. Penzo. Adalhalm. Werinhart. Waltchőn. Dietpreht. Dietprant. Winther. Riwin. Snello.*

CIV.

Notum sit uniuersis christiani nominis cultoribus. quod quidam diues. N. *Hecil de Putine* delegauit predium suum ad *Stichinbrunnin* situm. IIII^{or} scilicet mansus. et XXX. III. mancipia in manum *marchionis Otachari.* ea uidelicet conditione. ut ipse hoc ad altare S. Marie delegaret. in quibus nominatim Chazilinum cum uxore Heiza et liberis eorum. Bertoldum cum coniuge Sprinza et filiis eorum. Idem uero *marchio* aliis rebus impedientibus idipsum in manum *Hartwici nobilis uiri de Rudnicha* delegauit. ut ipse hoc uice sua ad supra dictum tytulum contraderet. Quod et peregit idem. *H.*(artwicus) his

Digitized by Google

idoneis testibus ad hoc adhibitis. *Ekkirich de Chůffarin. Heriman* et frater eius *Reginhart. Gundolt. Purgman. Meginhart. Wichardus* et frater eius *Heinricus. Tiemo. Wielant. Isinrich.*

CV.

Nouerint tam presentis eui superstites quam future posteritatis fideles. qualiter quidam *Heinricus* dedit uineam unam ad *Imizinisdorf* sitam cum suis appendiciis ad altare S. Marie absque ulla contradictione utpote paterne hereditatis iure et pro sue anime remedio et parentum absolutione. Huius traditionis adhibiti sunt hi testes. *Nizo. Ődalricus. Engilpreht. Hirz.*

CVI.

Notum sit cunctis matris ecclesie filiis. qualiter quidam miles uocabulo *Rapoto* cum licentia domini sui *Gebehardi* tradidit uineam unam *Cholinbach* sitam ad altare S. Marie. cum uno mancipio Willihart dicto. Huius traditionis extant per aurem adtracti testes. *Adalbertus. Diethere.*

CVII.

Nouerint omnes christiane religionis cultores. qualiter quidam *Wolfker* ob remedium anime *fratris sui* tradidit quantitatem iugeris *Rorisbach* sitam ad altare S. Marie absque ulla contradictione. Huius traditionis habentur testes presenti pagina conscripti. *Werinhart. Walthere. Hadamar. Meginhart.*

CVIII.

Nouerit uniuersa sancte ecclesie compago qualiter quidam *iuuenis* uocabulo *Pezilie* tradidit uineam unam *Nuztorf* sitam ad altare S. Marie. addens etiam adhuc quod maius est. scilicet quod se ipsum optulit iugiter hic seruiturum. Huius traditionis testes habentur per uocabula presentes. *Snello. Wizile. Otto. Reginhart. Plidolf. Crechin. Starcholf. Liutram. Wichart. Heripolt. Salman.*

CIX.

Nouerit uniuersitas sancte ecclesie filiorum. qualiter quidam nobilis *Wolfker* pro remedio anime sue et militis sui *Megingaudi* tradidit mansum unum ad altare S. Marie de predio quod *Sewarin* dicitur absque ulla contradictione. Huius traditionis habentur testes

Digitized by Google

idonei. *Ernist. Dietrich. Adalbertus. Nantker. Tiemo. Willihalm. Meginhart. Friderich. Hoholt.*

CX.

Notum sit omnibus ecclesie filiis. qualiter idem *dominus Wolfkerus* ecclesiam apud *Naliuph* cum dote et decimatione uel omnibus ad eam pertinentibus delegauit super altare S. Marie pro remedio anime sue et patris et matris sue. Huius traditionis testes fuerunt. *Adalbertus. Burchardus. Hagano. Fridericus. Gotifridus.*

CXI.

Nouerit uniuersitas Christi fidelium qualiter quidam *Gumpo* cum uxore sua magno deuotionis desiderio optulit uineam unam *Gukkingin* sitam ad altare S. Marie pro suarum et utrorumque parentum remedio animarum. Huius traditionis per aurem adtracti sunt testes. uocabula presenti scedula habentes. *Bertolt. Meriboto. Marchwart. Dietrich. Reginolt. Nanzo* et alii.

CXII.

Nouerint uniuersi adoptionis spiritu renati. qualiter quidam *Dietricus* rogatu cuiusdam matrone *Trute.* delegauit Adalbertum quendam ad altare S. Marie pro suorum absolutione parentum. designato. V. denariorum censu. annuatim soluendo. Huius traditionis testes hi per aurem adtracti sunt fideles. *Hesso. Sigifrit. Perhart. Sigifrit. Adalpreht. Snello. Heriman. Ekkihart.*

CXIII.

Notandum est cunctis ecclesie fidem seruantibus qualiter quidam de ministerialibus *marchionis* uocabulo *Truthman* commutationem fecerit predii *Potingin* dictum. data sibi uicissim alia possessione a nobis apud *litaha* per manum *Heidinrici* nobilis uiri presente *aduocato nostro Chŏnrado* cuius etiam consensu est celebrata. Huius traditionis extant testes idonei in presentiarum adscripti. *Ekkirich. Hartwich. Adalpreht. Reginger. Eppo. Gerunch. Sigifrit. Gundolt. Maginus. Waltchŏn. Willihalm.* Inuestiture *Adalpreht.*

CXIV.

Notum sit omnibus deo et ecclesie eius fidem seruantibus qualiter quidam nobilis *Bertoldus* tradidit mancipium unum ad altare S. Marie

Digitized by Google

ob remedium anime sue et comparis *Chunigunde* pro consueta. V. denariorum solutione. quam si trium annorum supersederet curriculo. cottidiane seruitutis debitor existeret perpetuo. Huius traditionis testes representantur pagina presenti scilicet. *Erchinpreht. Meriboto. Rapoto. Snello. Chŏnrat.* et alii.

CXV.

Nouerit omnium in Christo renatorum tam presens etas quam successura posteritas. qualiter fratres nostri communis causa utilitatis commutationem fecerunt quorundam prediorum sibi pro elemosina oblatorum erga dominum *Dietricum de Vormbach.* consentiente aduocato nostro. Horum siquidem que nos dedimus fuerunt duo mansus in *bawaria* siti quos *dominus Hecil nobiscum in monasterio degens* optulit. et due uinee ad *Aschaa* quas episcopus *Altmannus* dedit. et. *Egizinisdorf* duos mansus et semissem habens. quod predium pro remedio parentum eius huc oblatum est. At contra ipse dedit totum quicquid apud *Muri* habuit. scilicet *ecclesiam cum sua dote* uineas cum suis appendiciis. quicquid ruris cultum et incultum. Hec mutue donationis conuentio signata in manum *Ekkirici* habet testes idoneos presenti pagina scriptos. *Hartliebin. Epponem. Guntherum. Ŏgonem.* ea uidelicet conditione facta ut post sollempniter super altare S. Marie celebraretur. Quod et factum est. Huius traditionis testes sunt adsciti. *Rŭdolfus. Arnolt. Rahwin. Gundolt. Wolfker. Meginhart. Otto. Heriman. Ŏdalrich.*

CXVI.

Notum sit cunctis ecclesie filiis. qualiter *Liupoldus marchio* litem que inter nos et illum erat *ad Grie* definiens de suo adiecit. tradiditque ad altare S. Marie *predium quod uocatur Liupoldi.* Sed et de adiacente silua quantum economus eius designauit. idem ipse ad eundem tytulum delegauit. Huius rei testes extant hi. *Ekkiricus de chŭfarin* et frater eius *Wolfkerus. Heinricus* filius *Haderici. Ŏdalricus* filius *Reginberti. Meriboto.* Inuestiture *Ekkiricus.*

CXVII.

Notandum quoque et hoc quibusque fidelibus quod quidam *non ignobilis uir* nomine *Adalbero de Staudiza* dedit tres mansus super altare S. Marie potestatiua manu hoc in loco deo seruientibus in usum.

Digitized by Google

Huius traditionis testes extant hi. *Ôdalricus de Zemiliub. Sigifridus. Dietricus. Heriman.*

CXVIII.

Sed et hoc memorie fidelium commendandum quod quidam nomine *Dietprant.* delegauit uineam unam sitam ad *Anzindorf* quam dudum emerat propria pecunia a bone memorie *domino Hartmanno abbate.* super altare S. Marie pro remedio anime sue. Huius rei testes sunt. *Durinch. Sigibolt. Heinricus. Heriman.*

CXIX.

Nouerint omnes Christi fideles. qualiter quidam clericus. N. *Hartwicus* filius *Rimundi* tradidit super altare S. Marie mancipia XV. pro tributo. V. denariorum singulis annis persoluendo. quorum sunt nomina. Ita. Ôza. Gozpolt. Ita. Dieza. Enzi. Wallaburch. Liuzi. Aribo. Engilpreht. Eberhart. Pezala. sub his testibus. *Ekkibertus* et filius eius *Ekker. Hecil.*

CXX.

Vt in noticiam perueniat posteritatis. curiosa memoria antiquitatis. literis mandamus. quoddam pietatis officium. ab eo qui cognomento *pius Otto* dicebatur peractum. Is enim ierosolimam iturus predium suum apud *Plintindorf* quod iure libertatis possederat. et quod extra partem et ius hereditarium affinitatis in presentia *liupoldi marchionis* per sententiam optinuerat. *Kotewicensis monasterii* fratribus tradidit. Et hanc in traditione conditionem interposuit. ut quicunque sue posteritatis idem predium redimere uellet. prescriptis fratribus ducentas marcas argenti persolueret. Acta est hec traditio in *eminentiori chremisie foro.* in presentia *liupoldi marchionis* quando eiusdem principis in prefato loco sollempnis habebatur contio. Huius rei testes sunt. *Gebehardus comes de piugen. Otto* et frater eius *Hartwicus de lengenbach. Hademarus de chufarn. Hartwicus de rudnich. Hademarus de Kuneringen* et frater eius *Albero de chobanesburc. Hartunc de Ruhenekke.*

CXXI.

Ad eundem tytulum quidam. N. *Bertoldus seculo renuncians* tradidit mancipia duo. N. Iwan. Chuniza. pro tributo. V. denariorum.

Digitized by Google

CXXII.

Sed et alius quidam. N. *Pernolt. seculo et ipse renuncians* tradidit super idem altare mancipia duo. N. Gerlint. Dietmût. pro tributo. V. denariorum.

CXXIII.

Ad predictum tytulum quidam. N. *Enziman secularem habitum relinquens* tradidit mancipium unum. N. Wiziman in proprium seruicium et alia tria. N. Paulus. Imiza. Richkart. pro tributo. V. denariorum sub his testibus. *Piligrim. Megingoz.*

CXXIV.

Quidam etiam. N. *Zeizo* ad eundem tytulum tradidit mancipium unum. N. Etich pro tributo. V. denariorum.

CXXV.

Sed et *Ôdalricus* quidam *hierosolimam iturus* super idem altare tradidit. VI. mancipia pro tributo. V. denariorum.

CXXVI.

Hoc quoque notandum quod *Gunthardus presbiter de Piricha* ad eundem tytulum delegauit III^{or} mancipia in proprium seruicium fratribus deo hic famulantibus. Huius rei testes sunt. *Reginger filius Regingeri. Hartwicus de treisma. Meginhart.*

CXXVII.

Et hoc notandum quod quedam . . . . . tradidit super idem altare unum mancipium. N. Azala. pro tributo. V. denariorum.

CXXVIII.

Nec non et hoc memorie mandandum quod quidam. N. *Eppo* delegauit in manum *fratris sui Herwici* mancipium unum. N. Hadamarum. ea conditione ut idem delegaret super altare S. Marie pro tributo. V. denariorum. quod isdem *Herewicus* postea deuotus impleuit sub testibus his. *Piligrim. Megingoz. Wolfpreht. Gunzo. Izo.*

CXXIX.

Notum sit omnibus quod quedam. N. *Lantrath conuersa* dedit super idem altare. IIII^{or}. mancipia. quorum sunt nomina Renthuich. Rantwich. Gisila. Azala. in proprium seruicium pro remedio anime

Digitized by Google

sue et pro salute *filii sui. H.* nobiscum in monasterio conuersi. sub his testibus. *Meginwart. Ôzi.* Pro. V. autem denariis annuatim persoluendis. eadem *sanctimonialis Lantrath* delegauit ad idem altare. Purgilint. et eius filios. Enziman. Sigila.

CXXX.

Et hoc memorie fidelium commendandum est. quod quidam. N. *Starchant* tradidit ad altare S. Marie duo mancipia. N. Razile et Gisila pro. V. denariis annuatim soluendis. interposito huius conditionis tenore. ut si trium annorum curricula neglexerint. debito cotidiane seruitutis subiaceant penso. Huius traditionis testes extiterunt. *Egilolf. Gerhart. Eppo. Fridericus. Heriman. Heinricus.*

CXXXI.

Sed et hoc notandum. quod quidam. N. *Wlcan* tradidit ad eundem tytulum uineam unam et partem agri ad *nuzdorf.* acceptis a nobis pro commutatione duabus marcis. Huius commutationis sunt testes hi. *Hartwicus de treisma. Reginger* et filius eius *Reginger. Meginhart. Wezil. Ortwin.*

CXXXII.

Hoc quoque notum sit. quod quidam *clericus* nomine *Raffolt* etiam et *presbiter* tradidit ad altare S. Marie quedam mancipia quarum hec sunt nomina. Regila. Irmingart. Diemôt. cum natis earum pro tributo. V. denariorum annuatim exsoluendo. Huius traditionis sunt testes hi. *Reginhart. Adalbero. Snello. Azile. Starchant. Rahwin. Bertolt. Engilman. Dietmarus.*

CXXXIII.

Notum sit omnibus ecclesie filiis. quod quedam matrona nomine *Gisila* tradidit ad altare S. Marie cum manu *filii sui Tiemonis* uineam apud *Imizinisdorf* pro remedio anime *uiri sui Reginheri.* In quo loco testes affuerunt. *Eppo. Adalfrit. Swithart. Wicpoto. Eberhart. Swithart.* Inuestiture *Eppo.*

CXXXIV.

Hoc etiam memorie commendandum quod quidam *Starcholf* cum manu comparis sue delegauit partem quandam agri post obitum suum ad altare S. Marie. et isti sunt huius rei testes. *Reginmar* et alius *Reginmar. Pero. Ortolf.*

Digitized by Google

CXXXV.

Nouerint uniuersi in Christo renati. qualiter *Dietpoldus marchio* delegauit mansum unum *Wielantisdorf* situm de *predio Brunonis militis sui qui nobiscum conuersatus. seculum feliciter reliquit.* manu sua et ipsius ac filii eius *Eigilwardi* super altare S Marie. deo eiusque genitrici hic seruientibus. Huius traditionis testes fuerunt. *Ôdalricus de Williheringin. Perinhardus de Truna. Chônradus frater predicti marchionis. Meginhardus* miles eius.

CXXXVI.

Nouerit uniuersa sancte ecclesie compago. quod quedam matrona filia *Ôgonis* iam defuncti. N. *Gerdruth* delegauit super altare S. Marie *ecclesiam ad Graze* cum dote et decimatione ad ipsam pertinente. et unam uineam cum IIII^or^. mancipiis in usum fratribus hic deo seruientibus. Huius traditionis testes habentur per uocabula presentes. *Dietmarus.* et *filius eius Dietmarus. Heinricus. Heriman. Herrant. Germunt. Gozwin. Tiemo.* alius *Dietmarus. Manegolt. Adalbero. Perinhart.* Inuestiture *Dietmar. Heinrich. Heriman.*

CXXXVII.

Item alio tempore tradidit ad eundem tytulum uineam unam cum appendiciis ad *Adalgerispach* absque omni contradictione pro remedio anime sue parentumque suorum. Huius traditionis testes isti per aurem sunt adtracti. *Ekkibertus comes. Werinhart de Julbach. Sigibot de horbach. Engilmar. Wolfker. Offe.*

CXXXVIII.

Sed et hoc memorie commendandum est quod quedam matrona. N. *Rilint* tradidit ad altare S. Marie mancipia quedam nomine Jusilam et natos eius in proprium seruicium. sub his testibus. *Nendine. Dietmar. Richpreht. Adalbero. Wirint.*

CXXXIX.

Nouerint uniuersi christiano uocabulo decorati quod *domina Mathilda comitissa* cum manu *filie sue Liutkarde* delegauit super altare S. Marie predium suum apud *fliemisdorf* possessum cum mancipiis. et tres mansus ad *Tissiza.* et duas uineas apud *Iudenowa*

Digitized by Google

cum appendiciis suis. pro remedio anime *uiri sui Ôdalrici.* et *filii sui Chônradi.* Huius traditionis testes adsciti sunt. *Pereharth.* Et eiusdem domine ministeriales. idem *Ôdalricus. Rahwin. Marchwart. Irmfrit.* alius *Rahwin. Willihalm. Penzo. Rumolt. Heriman. Rôdpreht.* Inuestiture. *Pereharth. Ôdalrich.*

CXL.

Delegauit in eodem loco quedam matrona. N. *Hemma* ad idem altare sub prenominatis testibus quoddam mancipium Hirzman dictum pro censu. V. denariorum annuo exsoluendum.

CXLI.

Item delegauit in eodem loco ad idem altare sub presciptis testibus quedam *conuersa.* N. *Wieza* tria mancipia pro censu. V. denariorum.

CXLII.

Notum sit uniuersis ecclesie filiis. qualiter quidam. N. *Rûdolfus. de schiltah* tradidit. XV^{cim}. iugera super altare S. Marie sita ad *Ebilsawa* pro duabus marcis. Huius traditionis testes sunt adsciti. *Manegolt de Achispach. Ôdalrich. Heriman.*

CXLIII.

Nouerint cuncti fideles qualiter quidam. N. *Ôdalscalch* rogatu domini sui *Wolfkeri de Naliuph* pariter et permissu delegauit super altare S. Marie duo beneficia rusticorum que possederant Zweran et frater eius. in usum fratribus hic degentibus. Huius rei adhibiti sunt testes hi. *Wolfkerus* supra memoratus. *Adalbertus de werda. Gotifridus.* et alii.

CXLIV.

Notum sit omnibus in Christo renatis. quod quidam nobilis homo. N. *Heidinrich* delegauit super altare S. Marie predium *Hadamari* ministerialis domine *Mathilde comitisse* iuxta *Persnikkam* fluuium. in loco qui dicitur *Talaheimin* situm. Hoc enim predictus *Hadamar* a quadam matrona emerat. et in manum prenominati *Heidinrici* delegari fecerat. Huius traditionis testes fuerunt. *Isinrich. Wolfker. Borin. Ôdalrich. Ratolt. Hoholt. Ortwin. Durinch. Dietmar. Rôdpreht. Heriman. Heinrich.* Inuestiture. *Isinrich. Wolfker. Ôdalrich.*

Digitized by Google

CXLV.

Delegauit in eodem loco sub eisdem testibus predictus *Heidinrich* uineam unam apud *Imizinisdorf.* cum appendiciis. *Hoholdi* ministerialis predicte *Mathilde* ipso presente et rogante. quam sibi *Volchradus* auunculus suus hereditatis iure dimiserat.

CXLVI.

Notum sit Omnibus Ecclesie filiis. qualiter quidam *ingenuus homo Erchinger* nomine. predium suum *Emichinbrunnin* dictum. delegauit in manum *Ődalrici* cuiusdam nobilis uiri. nichil excipiens omnino preter duo beneficia. ea conditione ut ipse hoc idem predium delegaret super altare S. Marie. Sed prefatus *Ődalricus* quibusdam occupationibus impeditus. dum per se hoc implere nequiuisset. rogante eodem *Erchingero.* delegauit idem predium sicut sibi traditum fuerat in manum *Rődperti* eque nobilis uiri. ut ipse uoluntatem supradicti *Erchingeri* in eius donatione sollemniter adimpleret. Quod etiam ipse *Rődpertus* presente sepe iam dicto *Erchingero* super altare S. Marie delegauit. et inuestituram contradidit. Huius traditionis testes idonei fuerunt. *Erchinger. Aschwin. Wolfker. Gebolf. Wisint.* Inuestiture *Erchinger. Wisint.*

CXLVII.

Nouerint uniuersi katholice matris ecclesie filii. quod quidam. N. *Meriboth* delegauit predium suum apud *syrnichka* situm *Rumoldishof* dictum idem dominicale unum et uineam cum appendiciis super altare S. Marie. ea conditione interposita. si ipse absque uxore legitima et liberis obiret. Huius traditionis testes adsciti sunt. *Adalbertus. Dietmar. Borin. Snello. Zeizo. Heriman. Heinrich.* Inuestiture *Adalbertus. Borin.*

CXLVIII.

Delegauit in eodem loco .... idem *Meribot* sub testibus prenominatis colonum prefate possessionis. N. Willihalm cum filiis suis in proprium seruicium. et ancillam nomine Ebirhilth cum duobus liberis suis. Hartwico et Friderun pro censu V. denariorum annuatim exsoluendo.

CXLIX.

Notum sit omnibus Christi sanguine redemptis. qualiter quidam N. *Isinrich* tradidit ad altare S. Marie predium suum *Selingin* dictum.

Digitized by Google

quicquid in eo loco habebat cultum et incultum. ut post obitum suum fratribus hic deo militantibus absque omni contradictione deseruiret. Huius traditionis testes fuerunt. *Megingoz. Ôdalricus. Sigihart. Zeizo. Otto.* Inuestiture *Megingoz.*

CL.

Sed et hoc memorie tradendum est. quod quidam. N. *Reginhart* delegauit super altare S. Marie IIII^{er}. mancipia pro censu. V. denariorum post obitum suum singulis annis exsoluendo.

CLI.

Notum sit omnibus in Christo renatis. quod quidam. N. *Tiemo* donauit predium suum in loco qui uocatur *Porz* situm super altare S. Marie cum duobus mancipiis Wichpoto et Waltrada uocitatis. in proprium seruicium. Postea uero ex consensu fratrum. ab abbate loci istius idem predium pro censu unius denarii dum ipse uiueret recepit in beneficium. Huius rei testes fuerunt. *Ôdalricus. Hagano. Riwin. Heriman. Liuze. Adalbero.* Inuestiture *Ôdalricus. Hagano.*

CLII.

Notum sit omnibus Christi sanguine redemptis. quod quedam matrona nobilis. N. *Margareta* cum manu et permissu filii sui *Wichardi* delegauit predium suum situm ad *Penningin* ad altare S. Marie. post obitum suum hic fratribus deo militantibus in usum cedendum. Huius traditionis testes extiterunt. *Heidinrich. Reginger.* et *filius eius Reginger. Werinhart. Erchinpreht. Balduinus. Otto.*

CLIII.

Et hoc memorie fidelium commendandum. qualiter *domina Ita relicta Sigihardi comitis* delegauit *predium* quod uocatur *Azonis* situm apud *Ranuoldispach* in manum filii sui *Heinrici.* eo tenore ut hoc ipse super altare S. Marie contraderet. Quod etiam benigne adimpleuit idem *Heinricus.* his adhibitis testibus. *Meginhart.* et *frater eius Gumpoldus. Werinhart de Iulbach. Albinus de steina. Adalram. Werinhere. Rûdolf. Otachar. Peringerus.*

CLIV.

Sed et hoc memorie fidelium tradendum. quod quidam. N. *Iskerus* rogatu *Anshelmi de Hezimanniswisin.* delegauit super altare S. Marie

Digitized by Google

predium *Norprehtisdorf* uocitatum. in usum deo in loco hoc militantibus. Cuius rei testes sunt. *Reginger. Heriman.* et *frater eius Reginhart. Irminhart. Piligrim. Willo.*

CLV.

Notum sit omnibus christiane fidei cultoribus. quod quidam *puer. N. Poto qui semetipsum offerens Christo regulariter est educatus in hoc monasterio.* predium suum *Perehardisdorf* situm fratribus hic deo eiusque genitrici militantibus cum ancilla. N. Imiza perpetuo iure tradidit seruiturum. Huius rei testes idonei fuerunt. *Penzo. Wolfker. Snello. Adalbero. Ekkihart. Ortwin. Pezilie. Azilie. Liutolt.* Inuestiture *Penzo. Snello.*

CLVI.

Sed et hoc ad memoriam Christi fidelium est commendandum. quod quidam. N. *Gerhart procurator domini Werigandi* dedit super altare S. Marie seruum nomine Bertoldum in ius perpetuum. et alia. V. mancipia quorum hec sunt nomina. Aribo. Gotipolt. Hartlieb. Hiltigart. Heilka. pro. V. denariis. Huius rei testes sunt adhibiti. *Dieprant. Durinch. Meginhart. Snello. Heriman.*

CLVII et CLVIII.

Nouerit cuncta katholice plebis ecclesia. quod quidam *nobilis* N. *Ratpoto* tradidit ad altare S. Marie predium suum *Eberisdorf* situm quicquid in eodem loco habebat. fratribus hic deo seruientibus in usum ob remedium anime *uxoris sue Geppe* que hic sepulta diem resurrectionis expectat in pace. Huius rei testes fuerint. *Dietmar filius eius. Germunt. Adalpreht. Gnanno Zeizo. Ortwin. Heriman.* Inuestiture *Dietmar. Adalpreht. Germunt.*

Delegauit in eodem loco sub eisdem testibus. V. mancipia pro censu. V. denariorum annuo. quorum sunt uocabula. Salman. Pezala. Imiza. et alia. II°.

CLIX.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod quedam matrona nobilis. N. *Bertha.* tradidit ad altare S. Marie predium suum *Pellindorf* dictum. ob remedium anime *uiri sui Ottonis.* in loco ubi prius pro *uiro sue Albino* predium dederat situm. Huius traditionis testes fuerunt. *Ernist. Dietmar. Othkoz. Heinrich. Ôdalrich. Guntherie. Durinchart. Piligrim. Gebolf. Zeizo. Otto.* Inuestiture. *Ernist. Dietmar.*

Digitized by Google

CLX.

Nouerint uniuersi in Christo renati. quod quidam *nobilis* nomine *Wichardus. qui spretis pompis secularibus nobiscum regulariter est conuersatus.* tradidit ad altare S. Marie predium suum *Ôcinheimin* dictum cum mancipiis et omnibus appendiciis. fratribus hic deo seruientibus in usum. Mancipia uero ea conditione delegauit. ut si eandem possessionem incolunt. reditus qui de ea debentur consuetudinaliter reddant. si uero alibi transpositi fuerint. uel sponte migrauerint. censum. V. denariorum annuatim persoluant. Et ut hec omnia deinceps inconuulsa maneant. testes idonei asciti sunt. *Nortpertus. Williherie. Meginpreht. Sigifridus. Riwin. Otto. Snello. Heriman. Ekkihart.* Inuestiture *Nortpertus.* Et hec sunt mancipia que delegauit. Engilpreht. Ratolt. Williherie. Tiemo. Friderun. Enziwib. Mathilth. Liuza. Chadalhoch et uxor eius Gisila. Engilrath.

CLXI.

Notum sit omnibus in Christo renatis. quod dominus *Gebehardus de Piugin* delegauit super altare S. Marie nouale quoddam in loco qui uocatur *Sanikov.* rogatu *Isinrici* ministerialis sui adhibitis his testibus. *Gundachar. Ôgo. Bertolt de mulibach. Liupolt. Marchwart. Piligrim. Liutwin. Dietpoldi marchionis seruientes. Rûdolf. Engilscalch.* Inuestiture *Gundachar. Ôgo. Bertolt.*

CLXII et CLXIII.

Notum sit omnibus quod uenerabilis *Ôdalricus episcopus* tradidit ad altare S. Marie beneficium *Werinhardi ministerialis sui* ad *Wolfpeizigin* ipso rogante pro commutatione alterius predii apud *Peheimchirchin* siti quod *Hartmannus abbas* cum communi fratrum consilio. *Ô. episcopo* reddidit predicto *Werinhardo* prestandum. Cui mutue donationi presentes fuerunt S. Stephani ministeriales *Marchwart. Grif. Penzo. Wezil. Rûdolf. Waltherie.* et alii quam plures.

Delegauit *idem episcopus* et alia duo iugera ad eundem tytulum pro commutatione duarum iugerum ad *Muttarin.* et quendam nomine Liuzonem. eadem die. et sub prenominatis testibus.

CLXIV.

Nouerit uniuersa catholice plebis ecclesia. quod quidam nomine *Heber* cum manu *uxoris sue Wentile* tradidit predium suum *Qualegis-*

Digitized by Google

dorf situm quicquid in eodem loco habuit. excepta una curticula. post utriusque obitum fratribus hic deo seruientibus in usum. Huius rei testes fuerunt. *Heidinrich. Eppo. Reginhart. Adalpreht. Heinrich.* Inuestiture *Heidinrich. Eppo.*

CLXV.

Nouerint etiam omnes quod dominus *Ôdalricus episcopus* rogatu domini *Nanzonis abbatis* et omnium fratrum delegauit super altare S. Marie *beneficium Adalberonis* quale ipse habuit ad *Horginbach* pro quo fratres reddiderunt eidem episcopo uineam unam ad *Rudniche* cum omnibus appendiciis suis. et unum mansum ad *Auwarin.* in presentia militum suorum *Rûdolfi de berge et Perhardi.*

CLXVI.

Nouerint omnes Christi fideles qualiter *Liupoldus marchio* siluam *Chôtiwalt* dictam. a quodam nobili uiro nomine *Waldone* presente *marchione* et consentiente super altare S. Marie delegatam. cum predia ipsius in eodem loco sita in suum ius *marchio* traxisset. ab eo sibi prius delegata eiusdem terminos silue inter reliqua sibi contraxit. postea uero fratrum peticione primo in manus domini *Nanzonis abbatis.* postea uero per se ipsum delegauit super altare S. Marie. et inuestituram secundo contradidit. Huius autem traditionis testes hi per aurem sunt adtracti. *Chônradus de ronigin. Dietricus de leichlingin. Adalram de pleichinpach. Werinhart filius Reginberti de Zelkingin. Dietpoldus de chagre. Regingerus.*

CLXVII.

Nouerint cuncti fideles quod quidam uir. N. *Meribot.* qui et primitus beneficium dederat XL^ta^ iugera delegauit super altare S. Marie perpetuo iure possidenda. Huius traditionis testes extant. *Manegolt de Achispach. Maginus. Gotifrit. Ôdalrich. Eberhart. Truthwin. Gundolt. Wecil.*

CLXVIII.

Notum sit etiam et hoc Christi fidelibus. quod quidam. N. *Erchingerus ingenuus nobiscum degens in monasterio* uita decessit cum delegaret predium ad *Emichinbrunnin* super altare S. Marie excepit partem unam *Ascwini sui militis.* et in manum *Werinhardi* cuiusdam nobilis uiri delegauit. eo tenore ut ipse illam quo eum *Ascwinus*

Digitized by Google

peteret contraderet. Quam partem *Werinhardus* rogatu *Ascwini* ad altare S. Marie delegauit pro tribus marcis et uno equo. Huius mutue pactionis testes per aurem sunt adtracti. *Sigifrit. Erchinpreht. Hiltipreht. Ebran. Erwin. Snello.*

CLXIX.

Nouerint quoque omnes Christi sanguine redempti. quod quidam homo ingenuus. N. *Volchmarus* mansum unum cum pomario uno et uinea situm ad *Raztingin* delegauit in manum *sororis sue.* N. *Alrune.* ea ratione. ut ipsa hunc post obitum ipsius ad altare S. Marie contraderet. Postmodum *ipse renuncians seculo* cum manu eiusdem sororis ipsius idem beneficium ad altare prenominatum. potestiua manu contradidit. Cuius rei extant idonei testes hi. *Aribo. Wolferim. Wielant* et *frater eius Pero. Tiemo. Gerunch. Růdolf.*

CLXX.

Et hoc notum sit omnibus qualiter *duo germani fratres Chůnradus et Ůdalricus de Raztingin* delegauerunt ad eundem tytulum uineam unam et duo iugera his testibus adhibitis. *Adalbertus. Otto. Gozwin.*

CLXXI et CLXXII.

Notum sit omnibus Christi sanguine redemptis. qualiter *Ůdalricus nobilis de Pernekke* delegauit predium ad *Stanegeisdorf* situm cum mancipiis Irmingart et Friderun cum omnibus illis ab eo prestitis super altare S. Marie in proprium ius fratribus hic deo seruientibus. Huius traditionis testes extant. *Waltrich. Otto. Sigihart. Manegolt.* Inuestiture *Waltrich. Sigihart.*

Idem etiam *Ůdalricus* delegauit aliud predium situm ad *chamba.* scilicet dominicale unum et molendinum ad supra memoratum tytulum predictis testibus adscitis.

CLXXIII.

Alio tempore *idem dominus Ůdalricus* tradidit ad altare S. Marie *ecclesiam ad hagandorf* sitam cum dote trium mansium quantitatem habentem. et mancipia plurima quedam ad cottidianum seruicium quorum sunt nomina. Ůta et filii eius. Ůdilhoch. Iudita. Rilint. Dieza et filii eius Friderich. Gundolt. Gisila. Aziwib et filii eius. Mazile et filii eius. Adalbero frater eius. Pezilie et frater eius Hartwich. Liuza

Digitized by Google

et filii eius. Riciman et filii eius. Eberhint et filii eius. Quedam uero censum V. denariorum soluentia. Bertha et eius filii Azile et Willihalm. Pezilie et filia eius Wezala. et frater eius Winiger. Sigifrit, Ascwin. et alia Bertha. Wirat tantum XII. denarios. Huius traditionis testes extant hi. *Waltrich. Manegolt. Reginhuen. Sigiboto. Truthlieb. Irmfrit. Heriman.*

CLXXIV.

Nouerint quique fidelium. quod *Regingerus noster aduocatus* delegauit quandam partem predii *luchinspach* situm que erat *Regilinde que hic conuersa est* ad altare S. Marie (verba sequentia sunt in Codice A deleta ideo supplenda ex Cod. B.: in usum hic existentium. fratrum. Huius) traditionis extant testes idonei. *Ekkiricus de luffinberg. Reginger. filius Regingeri. Meginhart. Huc. Marchwart. Steuine. Heinricus.*

CLXXV.

Nouerint omnes Christi fideles. quod *Dietpoldus marchio* cum manu *uxoris sue Adalheide.* et *filii sui Dietpoldi.* omnem decimationem ad *heimburch.* et villarum ad idem predium pertinentium infra fluuios *vischah* et *litah* cultarum et colendarum excepto iure dimidietatis clericorum. delegauit ad altare S. Marie in proprium ius deo hic seruientium. in presentia militum et ministerialium suorum. ea uidelicet ratione. ut presens abbas uel aliquis suorum successorum nullatenus potestatem habeat cuiquam in beneficium prestandi. uel aliquem aduocatum super id eligendi absque se et suo herede. Quod si hec ratio infracta fuerit. sciant omnes quod ipse et eius heres in proprium ius retrahendi potestatem habebit.

CLXXVI.

Nouerint quoque cuncti ecclesie filii. qualiter quidam *uir ingenuus* nomine *Adalram* presente *uxore sua* delegauit ad altare S. Marie curtale et uineam unam *ad chamba.* ea uidelicet conditione. ut si ipse uel uxor eius primitus uita excesserit. ecclesia deinceps illud iure hereditario possideat sub his testibus per aurem adtractis. *Poto de Potensteina. Adalbertus. Rapoto. Herrich. Richere. Adalram. Dietricus.*

CLXXVII.

Et hoc memorie fidelium commendandum est. quod quedam *Benedicta* nomine *nobilis uiri Dietmari* iam defuncti *relicta uxor*

Digitized by Google

delegauit cum manu *filii sui Dietmari* mansum unum cum. V. mancipiis. et uineam unam cum suis appendiciis. ad altare S. Marie. in proprium usum fratribus hic deo militantibus. Huius traditionis testes sunt adsciti. *Gebehart. Rapoto. Manegolt. Heinrich. Otto. Heinrich.*

CLXXVIII.

Notum sit omnibus. quod quidam uir *non ignobilis Dietmarus* nomine *de Pacintal* tradidit ad altare S. Marie partem quandam uinee sitam ad *Gundrammisdorf.* in proprium ius fratribus deo hic militantibus. Huius rei testes sunt. *Poppo. Merboto. Meginwart. Reginhart. Heinrich.*

CLXXIX.

Nouerint etiam et hoc cuncti quod quidam *ingenuus.* N. *Starhfrit* rogatu alterius. N. *Sigihardi* delegauit super altare. S. Marie mansum unum ad *frowindorf* situm in usum deo militantibus hoc in loco. Huius traditionis testes hi sunt adhibiti. *Liutolt filius Weringandi. Sigihardus* qui et predium possederat. *Meginhart. Sigifridus. Hattolf. Ekkihart.*

CLXXX.

Et hoc notandum fidelibus quod quedam matrona *Adalheith dicta de grie* delegauit dimidium mansum ad *fritheimisdorf* situm in manum *Werinhardi* cuiusdam nobilis. eo tenore ut ipse hunc eius uice ad altare S. Marie contraderet. Quod idem *Werinhardus* postmodum adimpleuit ascitis testibus suprascriptis.

CLXXXI.

Nouerint uniuersi fideles qualiter quidam uocabulo *Rapoto* cum manu et presentia uxoris sui (sic) et filiorum delegauit partem predii ad *Penningin* sitam super altare S. Marie in proprium ius fratribus hic deo militantibus. Huius traditionis testes hi sunt. *Sigiboto de bornheim. Gerunch de tulbingin. Sigihart* et *Otto frater eius de Sighardiskirchin. Otto. Marchwart. Perinhart de goldarin. Zeizo. Mazilie. Růdpreht.*

CLXXXII et CLXXXIII.

Nouerit cuncta catholice plebis ecclesia quod quidam *nobilis Geroldus* nomine *filius Gundachari nobiscum iam in monasterio conuersi.* tradidit ad altare S. Marie curtale unum ad *chamba* situm

Digitized by Google

et eiusdem predii uillicum nomine Gotiscalchum cum omnibus appendiciis suis. potestatiua manu. ad usum deo hic iugiter seruientibus Huius traditionis testes sunt adhibiti. presenti pagina ascripti. *Erchinpreht. Otto. Chadalhoh. Bertoldus. Werigant. Witilo. Chůno. Gerhart. Piligrim. Heriman.*

Sub eisdem testibus *idem Gerolt* agrum et adiacens pratum ut primitus designauerat delegauit ad memoratum tytulum. eo tenore ut post obitum ipsius nulli cederet nisi huic ecclesie. etiam si ipse heredem acquireret. uel si ante redimi posset.

CLXXXIV.

Notum sit uniuersis ecclesie filiis quod quidam *ingenuus. N. Eppo de Gozinisdorf* delegauit in manum *Waltchuonis* eque nobilis uiri predium suum unum scilicet mansum ad *heimprehtisdorf* cum mancipio. N. Wielant. eo tenore ut ipse illud eius uice ad altare S. Marie contraderet. Quod postea *isdem Waltchůn* adimpleuit. his testibus adhibitis. *Ekkirich de Chůfarin* et *frater eius Wolfkerus. Heidinrich. Wolfcrim. Rapoto. Pabo.*

CLXXXV.

Sed et hoc notum sit memorie fidelium quod quidam uir. N. *Otto de Mulibach non ignobilis* delegauit predium quoddam super altare S. Marie adiacens *ecclesie Mulibach* pro commutatione X. marcarum. Huius traditionis mutue. idonei sunt testes hi adsciti. *Erchinpreht de Mulibach. Ődalrich. Meribot frater eiusdem Ottonis. Waltchůn. Herrich. Chůno. Enzie. Heber. Reginhart. Heriman. Adalbero. Liupolt.*

CLXXXVI.

Hoc quoque cunctis fidelibus notum sit. quod *Waltherus de treisma* uir nobilis delegauit predium *Burchardi* ad *Mulibach* situm rogatu eiusdem *Burchardi* et *fratris eius Gundachari* ad altare S. Marie in usum fratribus hic deo militantibus. Huius rei asciti sunt testes idonei. *Heidinrich de Augia. Gundachar. Heriman de huntisheim.* et *frater eius Reginhart. Erchinpreht. Wezil. Razwin. Adalbertus.*

CLXXXVII.

Notum sit cunctis ecclesie filiis. qualiter quidam *ingenuus uir Megingoz de Grie* delegauit in manum *Piligrimi patruelis sui* uiri

Digitized by Google

item ingenui dominicale unum ad *Wisidorf* situm. ea ratione ut ipse illud pro remedio anime sue parentumque suorum ad altare S. Marie contraderet. his testibus adhibitis. *Waltrich. Adalhart.* Quod et fecit idem *Piligrimus.* testibus istis per aurem adtractis. *Hartmŏth. Heinricus. Vrliuch. Heriman. Meginhart.* Inuestiture *Hartmŏth.*

CLXXXVIII.

Notum sit cunctis Christi fidelibus. tam successuris quam presentibus. qualiter *Dietpoldus marchio* delegauit cum manu *uxoris sue Adalheide ecclesiam* que dicitur *ad S. Petronellam* cum dote et decimatione et *ecclesiam ad hůuelin* que ad eandem quia mater ecclesia est pertinet. et omnia ad eam pertinentia. super altare S. Marie rogatu domini *Manegoldi* cuiusdam *nobilis uiri* cuius et beneficium erat. in proprium ius deo et eius genitrici hic seruientibus pro diuina remuneratione et remedio anime sue parentumque suorum. In qua traditione presentes adstabant ministeriales sui. qui etiam aure ab eo in testimonium sunt adtracti. *Liutwin* et *fratres eius Heriman et Piligrim.* et *filius eius Liutwin. Adalhart. Chadalhart.*

CLXXXIX.

Hoc quoque cunctis fidelibus sit memorabile quod *comes Dietricus de vormbach* delegauit cum manu *uxoris sue Adalheide* mancipium unum Bertham nomine. cum omni eius posteritate in manum *Epponis nobilis uiri.* ea ratione ut ipse illud ad altare S. Marie contraderet. Quod etiam idem *Eppo* fecit absque omni contradictione. *eodem comite Dietrico presente.* Huius rei testes idonei per aurem sunt adtracti. idem *comes Dietricus. Amalbreht de breitinwisin. Eberhart de Pokkisrucke. Adalram.*

CXC.

Notum sit cunctis sanguine Christi redemptis qualiter dominus *Nanzo* huius loci *abbas* communicato fratrum consilio. commutationem fecit cum domino *Ŏdalrico episcopo* decimationis illius *ad Palta* de nostro dominicali que in beneficio erat *marchionis Liupoldi.* et item ab eo eius militis *Geroldi.* Hanc igitur decimationem idem *Geroldus* reddidit *marchioni Liupoldo* in presentia *aduocati nostri Adalberti filii eiusdem marchionis.* ubi etiam in testimonium sunt conuocati *Dietricus comes de Vormbach. Manegolt de Achispach. Friderich*

Digitized by Google

de hunisperg. Heinrich de Scoinburch. Adalbero de Griezbach. aliique quam plures milites ac ministeriales sui. Itemque et *marchio* reddidit episcopo in presentia aduocati *Adalberti* et predictorum militum suorum. Sed et [illegible]pus eandem decimationem transmisit S. Marie et fratribus illi[illegible]entibus per manum domini *Liupoldi prioris* qui pro eadem causa [illegible]nctus est legatione. Pro predicta ergo decimatione fratres per manum eiusdem legati reddiderunt episcopo mansum unum apud *Ellingin.* et dimidium ad *Elsaren.* quod rursus marchio suscepit in beneficium. Postmodum uero publica donatione tradidit ad altare S. Marie. istis per aurem in testimonium conductis. *Burchart. Hartwich.* item alius *Hartwich* et *frater eius Otto. Rûdolf de berge.*

CXCI.

Contradidit *idem episcopus* sub eisdem testibus ad altare S. Marie agrum unum ad *huntisheim* pro alio agro in eiusdem uille confinio. Tradidit etiam siluam unam in confinio prediorum *St. Stephani*et *marchionis Otachari* ad mansum unum quantum prepositus eius *Karlomannus* et frater eius *Penzo* et *Wiezil* ministeriales sui demonstrassent ad eundem tytulum. pro dimidio manso ad *heimprehtisdorf* fratribus in usum.

CXCII.

Nouerint uniuersalis ecclesie filii. qualiter *Heinricus frisingensis ecclesie episcopus* tradidit hereditaria potestate ad altare S. Marie dimidium mansum apud *Ramuoldisbach* pro remedio anime sue. Huius rei testes isti per aurem sunt adtracti. *Waldo. Wilihalm. Ôdalrich. Wielant. Hertinch. Sigifrit. Otto. Engilger.*

CXCIII.

Notum sit omnibus in Christo renatis quod *uir nobilis Ekkiricus de chûfarin* tradidit ad altare S. Marie predium unum ad *Zueluehossigin.* pro dilectione *filii sui Ekkirici. quem eodem di deo obtulit in monasterio educandum.* Huius traditionis testes sunt. *Wolfker frater eiusdem Ekkirici.* et *filius eius Hadamar. Isker.* item alius *Hadamar. Walther. Oze.*

CXCIV.

Nouerint (sic) uniuersa catholice plebis ecclesia quod uir *nobilis Gebehardus de Adalgerispach* delegauit ad altare S. Marie uineam

Digitized by Google

unam cum appendiciis ad *Stiesdorf.* et beneficium unum *ex altera parte danubii* pro remedio anime sue parentumque suorum. his adhibitis testibus. *Heinrico de Vurholze. Hartwico.*

CXCV.

Nouerint in omnes Christo renati qualiter *nobilis uir Růdolfus de berga* delegauit cum manu *uxoris sue Richize* dimidium mansum ad *herzoginburch* ad altare S. Marie pro remedio anime *filii sui Růdolfi* parentumque suorum. Huius rei testes existunt idonei. *Ekkiricus de chůfarin. Adalram filius eiusdem Růdolfi. Adalo. Perhart. Pero.*

CXCVI.

Nouerint uniuersi Christi fideles tam nostra etate presentes quam futura posteritate succedentes. qualiter dominus *Nanzo abbas* cum communi fratrum suorum consilio commutationem fecit cum domino *Gebehardo comite de Piugin* predii unius *Zennindorf* dictum. De hoc igitur predio tradidit idem *Gebehardus* cum manu *uxoris sue Hiltipurge.* et *filii sui H.* dominicale unum et. V. beneficia super altare S. Marie in proprium ius deo et fratribus. eius genitrici seruientibus. in *presentia aduocati nostri Adalberti. filii L. marchionis.* pro quo etiam idem aduocatus *Adalbertus* delegauit in manum eiusdem *Gebehardi* et *eiusdem uxoris Hiltipurge* dominicale unum ad *Piugin* et duo beneficia ad *Purgarwisin.* itemque unum ad *horna.* Et ut hec commutatio firma sit et inconuulsa perpetuo. testes idonei isti sunt per aurem adtracti. *Adalbertus frater eiusdem Gebehardi.* et alius *Adalbertus de Půcha. Sigifridus cognomine weiso. Otto de molti. Adalbero* et *frater eius Gebolf.* et ipsi *de molti.*

CXCVII.

Notum sit cunctis Christi fidelibus. tam successuris quam presentibus. qualiter quedam nobilis matrona *Liutkarda* ob remedium anime *uiri sui Ekkirici de luffinberge* iam defuncti. partem predii *Norzindorf* dictum. seruicio fratrum istius cenobii reddidit. et denuo ut prius fuerat super altare S. Marie delegauit. Residuam uero partem prenominati predii. pro XX^{ti} marcarum precio comparandam nobis obtulit. sicque demum utramque donationem super altare S. Marie confirmauit. Que ut intemerata deinceps persistant. testes idonei per aurem adsciti hi adstabant. *Steuine de Engilpoltisdorf. Heinrich de tanebach.*

Digitized by Google

qui et idem predium in beneficio habuit. *Salman de geizbach* et *filius eius Ascwin. Walto de niunchirchin. Růdolf de bach* et *frater eius Ekkiricus. Walther. Hartmŏth. Pero. Adalbertus. Otto. Walto.* Inuestiture *Salman. Růdolf. Walther.*

CXCVIII.

Notum sit omni ecclesie tam presenti quam successure. quod quidam *nobilis Reginoldus de Herrandistein* presentibus *fratribus suis Růdolfo et Wolfkero.* et *filiis sororis sue Růdolfo* et *Herando* delegauit quedam mancipia in manum *Hartwici de Vlthsheim.* rogatu cuiusdam *Bertoldi.* deleganda quo idem. *B.* petisset. Cuius peticione delegata sunt ab eodem *Hartwico in* manum *Truhtheri.* sed et ipse item tradidit in manus *Herimanni uiri ingenui.* deleganda ad altare S. Marie. quedam pro censu. V. denariorum. quedam ministerialium iure. Quod et fecit idem *Herimannus.* Huius allegationis testes hii adstabant presentes. *Reginhart. frater eiusdem Herimanni. Walther. Truhther. Aribo. Starchant.* Inuestiture *Reginhart. Truhther.* Hec sunt autem mancipia. Hartwich. et. IIe. sorores eius Gisila. Wirath. ministerialium iure. si uero aliqua ex his in dissocietatem nupserit. V. denarios persoluat. Hec uero censum. V. denariorum reddunt. Richpurch et filius eius Ŏdalricus. Christina et filii eius Reginmŏth et Hizila.

CXCIX.

Et hoc memorie commendandum quod quidam. N *Liupoldus de Mura* tradidit ad eundem tytulum mancipium quoddam Hadamŏth uocabulo cum omni sua posteritate ob censum. V. denariorum. sub his testibus. *Adalbertus. Luzie. Chŏnrat. Liupolt. Heriman.*

CC.

Notum sit cunctis ecclesie filiis. qualiter quidam *liber homo Engilmŏth* cum consensu et permissu *domini sui L.(iupoldi) marchionis.* partem agri ad *miris* delegauit in manus *Herimanni nobilis.* tradendam ad altare S. Marie pro IIII^or^ marcis. Quod et ita peregit idem *Heriman.* In qua traditione testes hi. per aurem sunt adsciti. *Wolfker. Walther. Engilmŏth. Otto. Hartmŏth. Vrliuch.* Inuestiture *Wolfker. Engilmŏth.*

CCI.

Sed et hoc cunctis sit notum quod quidam *Aribo* pro anima *patris sui Adalhelmi* tradidit ad altare S. Marie. IIII^or^. mancipia

Digitized by Google

Heinrich. Bertolt. Hiltigart. Diemŏth pro censu. V. denariorum. adhibitis his testibus. *Piligrim. Erchinpreht. Adalbero. Chŏnrat.*

CCII.

Hoc quoque sit notum fidelibus quod quidam *Sigiboto filius Volchradi* delegauit partem agri ad *Sasirdorf* in manus *Ôdalrici de Zemiliub.* delegandum ad altare S. Marie. Quod et peregit idem *Ôdalricus.* testibus istis per aurem adscitis. *Ratolt. Hoholt. Sigiboto. Marchwart. Winther. Sigibolt. Rûdolf.* Inuestiture *Ratolt. Sigiboto.*

CCIII.—CCX.

Nouerit Vniversa Christi Fidelium tam presens etas quam successura posteritas. quod quidam *nobilis de Grie Piligrimus* nomine. delegauit *ecclesiam iuxta Rotam* fluuium sitam in loco qui dicitur *scultheizingin.* quam sui parentes in propria hereditate construxerant. cum dote et omnibus appendiciis suis super altare S. Marie manu propria et *uxoris sue Willibirge* fratribus hic deo seruientibus in usum perpetuo iure. Huius traditionis testes fuerunt. *Erchinpreht. Marchwart. Wluilie. Hadamar. Williherie. Gotipreht. Pezilie.* inuestiture. *Erchinpreht.*

Delegauit in eodem loco sub testibus prenominatis XX^{ti} mancipia ad eandem ecclesiam pertinentia.

Non multo post idem *Piligrimus* monitu *auunculi sui domini Piligrimi qui nobiscum monachicam uitam consummauit* cursu felici. per quem sibi et alia predia in hereditatem uenerant delegauit super altare S. Marie manu propria et *uxoris sue Willibirge* quicquid *in prefato loco* hereditario possidebat iure. cultum et incultum. additis insuper. XV. mancipiis. ex quibus Ekkonem nominatim expressit. et omnia in proprium seruicium contradidit. In hac secunda traditione testes adsciti sunt. *Eppo de gozinisdorf.* et *filius eius Meginhardus. Gundolt. Heinricus. Wichart. Rûdolf. Rûdiger. Marchwart. Rûdpreht. Heinrich.* Inuestiture *Eppo. Meginhart.*

Non post multum uero dominus *Nanzo abbas* et fratres comparauerunt ab *eodem Piligrimo* predium unum scilicet dominicale unum *ad smida* situm. Quod predium *idem Piligrimus* delegauit in manum *Heidinrici eque nobilis uiri.* cum mancipiis Erchingero et reliquis ad id pertinentibus. ut ipse hoc uice sua ad altare S. Marie contraderet.

Digitized by Google

Quod et peractum est ab eodem *Heidinrico.* testibus istis per aurem adtractis. *Piligrimo* cuius et predium. *Adalberto de werda.*

Idem quoque *Piligrimus* alio tempore delegauit predium suum ad *Rauna* super altare S. Marie. *ecclesiam* scilicet cum dote et omnibus appendiciis. cum mancipiis et quicquid ad idem predium pertinet cultum et incultum. post obitum suum huic ecclesie iure perpetuo cedendum. his testibus adhibitis. *Reginger. Walther. Ekkirich* et *filius eius Hadamar. Hartwich de Rudnicha. Heriman* et *frater eius Reginhart. Gundolt. Meginhart. Wielant. Purgman. Pero. Isinrich. Heinrich. Wichart* et *frater eius Heinrich. Tiemo. Ekkirich.*

Alio tempore *idem Piligrimus* delegauit ad idem altare quendam Tiemonem cum uxore et filiis. cum prediis et mancipiis ab eo sibi collatis potestatiua manu in proprium ius fratribus hic deo seruientibus. Huius traditionis testes sunt adsciti. *Heriman de huntisheim. Otto. Wolfker. Dietrich. Engilscalch. Sigipreht. Heriman. Adalbero.*

Delegauit ad eundem tytulum et alia mancipia. Perinhardum cum uxore et filiis in proprium seruicium. Huius rei testes extant. *Rûdbertus de balsaz. Hartwich. Meriboto. Heriman. Sigihart.*

Postea uero ne ulla deinceps contradictio oriretur. rogatu domini *Nanzonis abbatis* et fratrum. supradictas omnes traditiones prediorum et mancipiorum. in presentia domini *Nanzonis abbatis et Liupoldi marchionis.* presente etiam *filio eius Adalberto aduocato.* super altare S. Marie et sanctorum reliquias confirmauit. et inuestituram contradidit. Huius traditionis testes idonei. hi sunt adsciti. *Gebehardus comes. Adalbero. Ekkirich* et *filius eius Hadamar. Hartlieb. Rûdolf. Perinhart. Heituolch. Wolfker.* Inuestiture *Adalbero. Ekkirich.*

CCXI.

Quidam etiam. N. *Volrath* ad eundem tytulum tradidit mancipium unum uocabulo Switker. pro censu. V. denariorum sub his testibus *Zeizo. Izo. Imizi. Gerolt. Adalpreht.*

CCXII.

Memoria quoque a fidelibus et hoc iugiter est retinendum quod *Herimannus de huntisheim. uir nobilis hierosolimam profecturus.* delegauit super altare S. Marie curtale unum ad *Rudnich* situm. ea ratione si ipse non reuerteretur. uel si *frater eius Reginhardus* obierit. absque ulla contradictione in usum cedat fratribus hic deo

Digitized by Google

militantibus. Huius allegationis testes hi sunt adsciti. *Reginhart. frater eius. Otto. Ôdalscalch. Megingoz. Aribo. Volrath.*

CCXIII.

Sed et hoc memorie commendandum quod quidam *Perinhardus de Truna* et ipse *nobilis* tradidit ad eundem tytulum dominicale unum ad *Paschingin* dictum. post obitum suum huic ecclesie iure perpetuo cedendum. Huius rei testes extant hi. *Chuonradus de pilsteine. Gerolt de elsarin. Heinrich de chamba. Reginger* et *filius eius Reginger. Heidinrich. Heriman. Heribort. Waltrich. Egino.* Inuestiture *Gerolt.*

CCXIV.

Nouerint uniuersi sancte ecclesie filii. qualiter quidam de familia s. Stephani. N. *Aribo.* peticione *priuigne sue Iudite* tradidit duas uineas cum suis appendiciis ad altare S. Marie. post obitum suum huic ecclesie iure perpetuo cedendas. eo tamen pacto ut si aliquis fratrum predicte femine eas redimere uellet XX^{u} marcas persolueret. Huius traditionis testes hi sunt adhibiti. *Germunt. Poppo. Witker. Chônrat. Ôtile. Heriman.*

CCXV.

Nouerint tam presentis eui fideles. quam loco eorum successuri heredes. quod *Liupoldus marchio* rogatu *sororis sue Gerbirge ductricis de boemia* delegauit in manus *Gebehardi comitis de Piugin* predium *Vogitisawa. dancholfis* . . . . . (rasura) . . . cum omni silua sicut quondam *Waldonis* fuerat. ea uidelicet ratione. ut ipse delegaret quo predicta matrona petisset. Idem uero *Gebehardus* rogante *eadem ductrice* tradidit ad altare S. Marie prenominatum predium. post eius obitum fratribus hic deo famulantibus in usum. presente *Reginmaro patauiensis ecclesie episcopo.* adiciens et *ecclesiam quam ipsa construxerat* in *predicto loco.* his testibus adhibitis. *Rûdolfo. Regingero* et *filio eius Regingero. Heidinrico. Rûdberto. Reginhardo.* Inuestiture *Rûdolfus. Reginhardus.*

CCXVI.

Iste est terminus noue parrochie quam instituit dominus *Nanzo abbas apud Grie* in predio S. Marie in loco qui dicitur *Chûtans.* quod nunc uocatur ad nouam ecclesiam. et dedicata est in honore eiusdem s. dei genitricis a *Reginmaro patauiensis ecclesie episcopo.* qui et infra

Digitized by Google

scriptas terminationes ad eandem ecclesiam pertinentia suo confirmauit banno. Descendit autem terminus iste de *chalchgrôbi* usque in *obizarbach*. de *obizirbach* super *swarzberg*. *de swarzberg* usque ad quandam *uillulam Narchonis* que infra eundem terminum est. inde usque in *amnem que fustriz dicitur*. deinde ad cuiusdam *nobilis* predium *Gerunch* dicti. pertinentis ad uicinam *parrochiam Witin*. inde ad quorundam predium ministerialium *Liupoldi marchionis*. *Ottonis* scilicet et *Bertholdi* qui infra terminum predicte *noue parrochie* sunt. Inde usque in *amnem* qui *schyi* uocatur. et omnem circumiacentem siluam incultum et colendum usque ad caput riui manantis *minoris chremise*. de *minori chremisa* usque ad *maiorem chremisam*. uersus *boemiam*. deinde iterum a *maiori chremisa* usque *in minorem*. et sic usque ad cauum lapidem qui lingua rustica dicitur *tuuilischircha*. terminatur.

CCXVII.

Nouerit uniuersa catholice plebis ecclesia quod uir nobilis *Odalricus de Williheringin* tradidit ad altare S. Marie quoddam predium duorum mansuum uel plus quantitate. in loco *plintperg* dictum. rogatu *Guntheri presbiteri* cuius et erat idem predium. iure beneficii quoad uiueret tantum sibi a fratribus concesso. Huius allegationis testes hi sunt per aurem adsciti. *Werinhart filius Reginberti*. *Werinhart filius Regingeri*. *Walther de lenginawa*. *Walther de fussin*. *Liupolt de trôkeristetin*. *Ôdalrich de halsibach*. *Liupolt*. *Isinrich de Anindorf*. *Dietprant*. *Rumolt*. Inuestiture. II°. *Werinhart*.

CCXVIII.

Nouerint uniuersalis matris ecclesie filii. tam presenti etate quam futura succedentium posteritate. qualiter controuersia illa que inter nos et *Dietmarum filium Tiemonis de bachlingin* diu est uentilata. iam deo opitulante sit terminata. Namque uineas ad *Muttarin* et predium illud ad *Brunnin* quod beate memorie *dominus Altmannus patauiensis episcopus* super altare S. Marie tradidit. et cum quo nostram matrem ecclesiam dotauit. beneficium suum esse affirmans. iniustis querelis nos ubique inclamare non destitit. Nos uero quorum iustior causa fuerat. ne tali semper subiceremur querele. studuimus quoque pacto predictam litem sedare. omnibus qui tunc placito intererant. in idipsum consentientibus. et simul hoc consiliantibus. ea tamen conditione. ut idem *Dietmarus* recepto XX^{ti} marcarum precio. de omni

Digitized by Google

illa controuersia in manu *Reginmari patauiensis episcopi.* et *aduocati nostri Herimanni* se abnegaret. ut nec ipse nec heredum eius aliquis pro predictis beneficiis litem deinceps inferre auderet. Quod et factum est. multis qui placito interfuerant presentibus. principibus et nobilibus. *Liupoldo* scilicet *marchione* et *filio eius Adalberto. Otacharo marchione.* et *filio eius Liupoldo. Dietricus comes de Vormbach. Gebehardus comes de Piugin.* et *frater eius Ernist. Růdolfus de berga. Adalricus de Williheringin. Adalbero de griezbach. Meginhart de sarhlingin. Werinhart filius Reginberti. Reginger et filius eius R. Isker. Wolfstrigil. Amalbreht de breitinwisin. Gotifrit* et *frater eius Pabo de Riedmarcha. Otto* et *frater eius de Purchstall* et alii multi quos perlongum est omnes hic adnotare.

CCXIX.

Hoc quoque cunctis notandum quod *Guntherus presbiter* qui et supra predium dederat. tradidit ad altare S. Marie quedam mancipia quorum sunt nomina. Wezil cum uxore sua Gisila. et filii ipsorum Ernist et Heriman. cum omni eorum potesteritate. post obitum suum pro. V. denariorum annua solutione. et hi adsciti sunt in testimonium. *Adalhalm. Růdolf. Růdpreht.*

CCXX.

Notum sit omnibus Christi fidelibus. qualiter *Liupoldus marchio* legauit mansum unum ad *Ragizinisdorf* cum mancipio Engildie in manum *Růdolfi nobilis uiri de berga.* ea conditione. ut pro remedio anime *patris sui Otachari marchionis* ad altare S. Marie delegaret. Quod et idem *Růdolfus* adimpleuit. his testibus adhibitis. *Waltherus de treisma. Adalram. Reginhart. Gebolf. Eberhart.* Inuestiture *Waltherus.*

CCXXI.

Sed et hoc notandum omnibus in Christo renatis. quod quidam *nobilis Gotifridus de Riedmarcha* tradidit ad altare S. Marie uineam unam ad *Tiurgidin* cum appendiciis et IIII^{or} mancipiis ob remedium *fratris sui Pabonis. eo die hic sepulti.* Huius rei testes extant hi. *Salman. Piligrim. Megingoz. Raffolt. Peringerus. Raffolt.*

CCXXII.

Nouerint uniuersi Christi fideles. qualiter quidam *Bertoldus* tradidit ad altare S. Marie mancipium quoddam. N. Adalberonem ob

Digitized by Google

censum. V. denariorum. filios uero ipsius et sororem eius Sigilam cum sua posteritate post obitum suum ad eundem tytulum. ea uidelicet condicione. ut nec presens abbas nec aliquis successorum eius potestatem habeat. cuiquam predictum censum in beneficium prestandi. sed tempore pubertatis transacto. prenominatum reddant seruicium. Huius allegationis testes isti sunt per aurem adtracti. *Ernist de treisma. Marchwart. Rapoto. Gerhoh.*

CCXXIII.

Sed et hoc notandum quod quidam. N. *Arnoldus* tradidit ad eundem tytulum partem silue duorum iugerum quantitate. Huius rei testes extant hi. *Reginpreht. Pabo. Piligrim.*

CCXXIV.

Hoc quoque cunctis notandum quod *relicta Herimanni comitis.* N. *Hadewich* cum manu *filii sui Herimanni.* delegauit ad altare S. Marie mansum unum ad *Rudniche.* et dimidium ad *Chruſtlingi* possessum cum mancipiis. dimidium ad *Chrůlingi.* cum uinea una ad *Mura.* ob remedium anime predicti *uiri sui.* Huius traditionis testes hi adstabant. *Heriman filius predicte domine. Adalbertus filius Liupoldi marchionis. Reginger. Isinrich. Pero. Heinrich. Reginolt. Wolfkanch.* Inuestiture *Adalbertus.*

CCXXV.

Notum sit cunctis. Christiano uocabulo redimitis. quod quedam *nobilis matrona Adalheith* nomine delegauit ad altare S. Marie predium unum ad *Waltrichisdorf.* VIII^to^. scilicet beneficia. pro sua *uirique sui Othkozzi* iam defuncti absolutione. Que traditio ut inconulsa perpetuo existat. idonei testes hi adstabant. *Wolfker. frater Ekkirici de chůfarin. Heriman et frater eius Reginhart. Walther. Otto. Meginhart. Othkoz.*

CCXXVI.

Nouerint uniuersi matris ecclesie filii. qualiter dominus *Nanzo abbas* cum communi fratrum consilio comparauerit predium a *Waltrico* quodam nobili uiro. VIII^to^. scilicet beneficia ad *Waltrichisdorf.* dato ei XXX^ta^. VII.^tem^ marcarum precio. Quod predium idem *Waltricus* publica delegatione ad altare S. Marie tradidit. et hi sunt in testimonium

Digitized by Google

adsciti. *Ekkiricus* et *frater eius Wolfker. Heriman* et *frater eius Reginhart. Reginger filius Regingeri. Piligrim.*

CCXXVII.

Notum sit cunctis ecclesie Christi fidelibus. quod uenerabilis *Reginmarus patauiensis ecclesie episcopus* mansum unum de *uilla Leurarin* cum horto qui *Chunihostetin* situs est regiminaque ad eundem pertinentia super altare S. Marie delegauit. et alium mansum a fratribus ad *Wolfpeizzingin* situm mutuo recepit. Huius commutationis testes hi per aurem sunt adtracti. *Gebehardus de Adalgerisbach. Otto. Reginger. Werinhart. Pernolt. Marchwart.*

CCXXVIII.

Nouerit uniuersitas Christi fidelium. qualiter uir *nobilis Heidinricus* rogatu *Liutkarde comitisse* delegauit ad altare S. Marie duo mancipia Perinhardum et Eberlindam pro censu. V. denariorum ob remedium anime sue parentumque suorum. Huius traditionis adhibiti sunt testes. *Hoholt. Marchwart. Liupolt. Pillunch.*

CCXXIX.

Delegauit *idem Heidinricus* ad eundem tytulum Adalheidam et filiam eius Wiradam pro censu. V. denariorum. Huius rei testes sunt. *Marchwart. Vrobreht. Dietrich. Christan.*

CCXXX.

Item alio tempore *idem Heidinricus* iussu et peticione supradicte *domine Liutkarde* tradidit ad altare S. Marie duo mancipia Wiradam et Adalheidam cum filiis in proprium seruicium ad altare S. Marie. pro remedio anime patris et matris sue parentumque suorum. Huius rei testes adhibiti sunt. *Marchwart. Orthwin. Pillunch. Hezil. Perinhart. Hoholt.* Inuestiture *Hoholt.*

CCXXXI.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod quidam *Permôth* et *filius eius Hirz* tradiderunt quoddam predium potestatiua manu ad altare S. Marie. Huius rei isti sunt testes. *Huc. Ôdalrich. Wichfrit. Wichart. Adalbreht. Wiso. Gerunch. Ellinpreht. Wirint.* quod absolute sine ullo impedimento in manus *Rûdolfi* constituerunt. et *abbas* illi pro mutuo dedit.

Digitized by Google

CCXXXII.

Sed et hoc notandum quod quidam *Azilinus* tradidit ad idem altare Enzimannus (sic) cum *compare Adalheida* et filiis (sic) eorum omnemque posteritatem. pro diuina remuneratione. adhibitis his testibus. *Riwin. Izo. Enziliub. Otto. Erimbreht. Zeizo. Heriman.*

CCXXXIII.

Sub eisdem testibus quedam *conuersa* N. *Diemůth* tradidit ad idem altare Meginhardum. ob censum. V. denariorum.

Sub hisdem testibus. quidam *Meginhardus* ad eundem tytulum tradidit quandam ancillam. N. Hiziwibam.

Eodem die *Erimbreht* quidam. tradidit ad eundem censum Gisilam sub hisdem testibus.

Quidam etiam *Orthwinus* tradidit ad predictum altare mancipium. N. Mazilinum. post obitum suum in proprium seruicium. Huius rei testes sunt. *Zeizo. Heriman.*

CCXXXIV.

Et hoc notum sit cunctis quod quidam *libere conditionis homo Arnolt de bawaria* delegauit ad altare S. Marie tria mancipia. Irmingart. Fridurun. Richkart. pro censu. V. denariorum. Huius rei testes sunt. *Adalbertus noster aduocatus. Adalbero de griezbach. Hawart. Adalbertus.* et *filius eius Adalbreht. Heidinrich. Huc. Gundolt. Heriman. Werinhart. Wolfheri.*

CCXXXV.

Nouerint cuncti fideles. quod quidam *Otto frater Nantwici nostre congregationis monachi.* tradidit ad altare S. Marie predium quoddam post obitum suum. illam subiugens conditionem. si aliquis propinquorum suorum pro XXX^ta^ marcis redimere uellet. potestatiue obtineret. Huius delegationis testes sunt. *Heidinrich. Vrliuch. Růdolf. Reginhart. Heriman.*

CCXXXVI.

Nouerit omnium Christi fidelium tam presens etas quam successura posteritas. qualiter dominus *Reginmarus patauiensis episcopus* omnia predia et decimas uini et frumenti que ab antecessoribus eius

Digitized by Google

hactenus obtinuimus. et precipue omnem decimam uini ad *Chremisa*. renouando nobis stabiliuit. insuper et litigium quod habuimus cum preposito patauiensi et cum ceteris conprouincialibus nostris banno suo exclusit sub anathemate eum ponens. qui aliquid de predictis bonis S. Marie subtraheret. Huius rei testes sunt. *Ernist de treisma. Heriman* et *frater eius Reginhart. Ekkirich* et *frater eius Wolfker. Marchwart. Dietrich. Alrich.*

CCXXXVII.

Nouerit uniuersa catholice plebis ecclesia. quod quedam nobilis matrona *Gerdruth* dicta pro remedio anime *mariti sui Ekkirici* cum manu *filiorum suorum Hadamari* et *Meginhardi* tradidit ad altare S. Marie predium quoddam *ultra danubium* situm. Huius rei testes adhibiti sunt. *Heidinrich. Isinrich. Herrant. Volchmar. Heinrich. Wielant. Gozwin. Vrliuch. Walther. Tiemo. Reginhart. Adalbreht. Wolfker.* Inuestiture *Heidinricus.*

CCXXXVIII.

Notum sit cunctis quod quidam. N. *Hettilo* commutationem fecerit predii sui. in presentia domini sui *Liupoldi marchionis* suum nobis predium delegans. et tantundem a nobis recipiens. Huius allegationis testes hi sunt. *Heidinricus. Adalbero. Ôdalrich. Durinch. Ôdalrich. Werinhart. Huc. Gundolt. Heriman. Wolfhere.*

CCXXXIX

Nouerint uniuersi ecclesie filii. quod *felicis memorie dominus Nanzo abbas* cum consilio fratrum comparauerit a domino *Gebehardo comite de Piugin* duo beneficia ad *Zenindorf* XXX^ta^. II^abus^. marcis. eo quod esset nostro predio contiguum in predicto loco siti (sic). Quod idem *Gebehardus* ad altare S. Marie delegans. hos adsciuit in testimonium. *Isinrich. Ratpoto. Heitvolch. Heinrich. Reginpreht.*

CCXL.

Quidam *Adalbero* delegauit ad altare S. Marie ancillam N. Heizam cum filiis. ob censum. V. denariorum rogatu cuiusdam Hiltrici. et hi adtracti sunt testes. *Eberger. Liupolt. Otto. Ascwin. Adalbero.*

CCXLI.

Nouerint uniuersi precioso Christi sanguine redempti. quod quidam *uir nobilis Eppo* tradidit super altare S. Marie dimidium

Digitized by Google

mansum pro remedio anime *Hoholdi cognati sui* iam defuncti. cuius et peticione idem predium delegauit. Huic delegationi testes isti sunt adsciti. *Arnoldus frater predicti Hoholdi. Perinhardus. Chûno. Odalscalch. Heriman. Eberger. Ekkirich.*

CCXLII.

Sed et hoc memorie commendandum quod quidam *Hartwicus* de *familia s. Stephani* tradidit super altare S. Marie predium suum ad *Noppindorf* quicquid in eo loco hereditario iure possederat. Quod ut perpetuo ratum existat. idonei testes hi adstabant. *Otto* et *frater eius Heinricus de Steinchirchin. Pebo. Eberger. Ascwin. Liupolt. Otto.* Inuestiture *Otto. Eberger.*

CCXLIII.

Notum sit cunctis Christi sanguine redemptis. qualiter quidam *Megingoz in extremis positus* delegauit uineam unam ad *huntisheim* in manum *Perhardi auunculi sui* delegandam ad altare S. Marie pro remedio anime sue. Quod et factum est. et testes isti per aurem sunt adsciti. *Meginhart. filius Ekkirici de chûfarin.* et predictus *Perhart. Adalbertus. Zeizo. Ôdalrich. Chûnrat.*

CCXLIV.

Nouerint uniuersi spiritu adoptionis renati. quod *uir nobilis Adalbertus hierosolimitanus.* de beneficio apud *werda* quod se contingebat recepto. VI. marcarum precio. cum manu uxoris et filii sui super altare S. Marie se abdicauit. Huic allegationi intererant milites sui. qui ab eo idem beneficium habuerant et per aurem in testimonium sunt adducti. ut perpetuo ratum existat. *Gotiscalch. Hagano. Wolfker. Liutwin.* et hi. *Perinhart. Ekkirich.*

CCXLV.

Notum sit et hoc cunctis fidelibus. quod quedam *nobilis matrona Gerdrut relicta Ekkirici de chûfarin* delegauit ad altare S. Marie predium ad *Zûnicra.* post suum obitum hic deo seruientibus in usum. Huius rei testes extant idonei. *Hadamar* et *Meginhart. Wolfker. Adalberti. II°. Durinch.*

CCXLVI.

Et hoc memorie fidelium commendandum quod quedam *conuersa Bertha* delegauit mansum unum ad *Wolfaha* in manum *Chunradi*

Digitized by Google

filii fratris sui. delegandum ad altare S. Marie. Quod et peregit idem *Chůnradus.* testibus istis per aurem adscitis. *Waltherus. Heidinrich.* idem quoque *Chůnradus. Chůnradus de Wirmila. Hartwicas. Ődalrich. Marchwart. Herrant.* Inuestiture *Heidinrich. Chůnradus.* Addidit et mancipia. XIII^um^. sub eisdem testibus.

CCXLVII.

Quidam *Engilscalch* tradidit ad eundem tytulum quoddam mancipium. N. Pero. ob censum. V. denariorum. sub his testibus. *Piligrim. Megingoz. Meginhardi. II°.*

CCXLVIII.

Nouerint uniuersi ecclesie filii. qualiter *ingenuus homo Eberhardus de Pokkisrucke* delegauit super altare S. Marie dimidium mansum et uineam cum appendiciis. et mancipiis obsessum ad *Mirchingin.* peticione *Burchardi militis Dietrici comitis* cuius erat idem predium. et hi in testimonium sunt adsciti. *Pabo de Amerange. Otto. Isingrim. Huc. Gotiscalch. Friderich. Wiezil. Irminfrit. Rodpreht. Liupolt.* Hec sunt mancipia. Gerhart. Tierhilt. Gerrich. Růdiger. Hacicha. Sigiboto. ad censum. V. denariorum tradidit.

CCXLIX.

Notum sit cunctis sanguine Christi redemptis. quod quidam uir. N. *Heber* delegauit predium suum quale ipse habet ad *Qualeisdorf* in manum *Adalberti nobilis uiri de Werda.* eo tenore. ut ipse hoc delegaret super altare S. Marie in usum fratrum post suum obitum. deo in hoc loco famulantum. Quod idem *Adalbertus* est executus. his per aurem adscitis testibus. *Dietricus de Zůnis. Adalram filius Rudolfi. Ernist de treisma.* et *frater eius Adalram.* Idem *Adalbertus. Heriman de huntisheim. Otto. Bertoldus. Otto de molte. Merboto. Ődalricus de margbach.*

CCL.

Notum sit cunctis fidelibus. quod quidam. N. *Poppo* delegauit ad altare S. Marie duo beneficia ad *Swenta* ob remedium anime *patris sui Ődonis* iam defuncti. quod ipse adhuc uiuens a domino *Piligrimo de Grie* duabus marcis et dimidia redemerat. Huic traditioni hi testes sunt adhibiti. *Dietricus. Bertoldus. Marchwart. Dietricus. Pernolt. Arnolt. Hartwich.*

Digitized by Google

CCLI.

Nouerint uniuersi ecclesie filii qualiter *Heinricus comes in extremis positus.* delegauerit mansum unum . . . . . in manum *militis sui Ottonis.* delegandum ad altare S. Marie. pro remedio anime sue. et hi in testimonium sunt adducti. *Gebehardus frater predicti comitis. Werinhardus de Iulbach. Adalbertus de Stamiheim. Gumpoldus. Meginhardus.* Quod et ita peractum est ab *eodem Ottone.* delegans scilicet super altare S. Marie. Huius allegationis testes hi adstabant. *Reginger. filius Regingeri. Otto de Lautsdorf. Bertolt de heida. Dietrich. Marchwart. Pernolt.*

CCLII.

Notum sit cunctis preciosa Christi morte redemptis. qualiter quidam libere conditionis homo uocabulo *Wilihalm* cum manu *uxoris et filii* sui delegauit predium suum ad *Waldprehtisdorf* in manus *uiri ingenui Vrliuch* dicti. delegandum nihilominus ad altare S. Marie. molendinum uidelicet cum appendiciis. et II^{as}. uineas. et quicquid in eodem loco habuit. excepto quod *filiabus* distribuit. Quam allegationem predictus *Vrliuch* ut rogatus erat super altare S. Marie assignauit. et hos per aurem in testimonium adsciuit. *Waltherum de treisme. Heriman de huntisheim. Bertolt. Erchinger. Hartwich.*

CCLIII.

Notum sit cunctis Christi fidelibus quod quidam *ingenuus homo. N. Eppo de Staphilarin* tradidit ad altare S. Marie dimidium mansum. *predicto loco contiguum.* Huius rei testes extant. *Heriman de huntisheim. Bertolt de heida. Dietrich. Marchwart. Arnolt. Born. Wezil. Heinrich.*

CCLIV.

Notandum sit cunctis Christi sanguine redemptis. quod *homo ingenuus Ernist de chiuliub* cum manu *matris sue Christine* delegauit super altare S. Marie duo beneficia ad *Vuchilinisdorf* pro anima *fratris sui Dietrici.* adiciens et uie transitum libere nostris hominibus per predia sua. ubicunque ei essent contigua. In qua traditione idonei testes adstabant. *Rudolfus de berga.* et *filius eius Adalram. Otto de lenginbach. et frater eius Hartwicus. Pabo. Eberhart. Poppo. Eberhart. Arnolt.*

Digitized by Google

CCLV.

Notum sit fidelibus cunctis. Christi morte renatis. quod quidam *Piligrimus.* cum *uxore sua Gisila* et *filiis.* de lite quam in predio quod *Guntherus presbiter* nobis tradidit habebant. *presente Liupoldo marchione* in altari S. Marie se abdicauerunt. recepto prius ab eodem altari. VII. et X. marcis. Huic confirmationi intererant per aurem adtracti hi testes. *Otto de molte. Nizo. Bertoldus. Anshalm. Idem Piligrimus. Zeizo. Eberger.* et alii multi.

CCLVI.

Nouerint uniuersi Christi sanguine redempti. qualiter *Liupoldus marchio* cum manu *uxoris sue Agnetis.* et presentia *filiorum suorum Heinrici.* et *Liupoldi.* astante etiam domino *Reginmaro patauiensis ecclesie episcopo.* ob remedium anime sue. et parentum eorum delegauerit super altare S. Marie in monte *Kotuigensi.* dominicale. et duo beneficia ad *drasdorf.* post obitum eius qui priori illorum uita excesserit. deo et eius genitrici famulantibus in usum . . . . . .

CCLVII.

Addidit et aliam traditionem. *urbanum scilicet opus* de predio nostro *mirs.* et censum de silua ex toto deinceps dimittens. et tamen pastum et omnem usum quem sui in nemore habent. nostris concedens. Huic delegationi satis probabiles persone per aurem attracti testes fuere. *Heinricus* et *Liupoldus filii eius. Sigihardus de scalah.* et *Gebehardus frater eius de purchusin. Chůnradus de pilstein. Liutoldus de plein. Otto de purcstal.* et *frater eius Hartwicus et Heinricus. Ůdalricus de wolfuisten. Chadolt de occlisdorf.* Inuestiture *Heinricus* et *Liupoldus.*

CCLVIII.

Nouerint omnes fideles Christi. quod quidam *nobilis homo Chunradus.* N. *filius ernist de traisma.* adpropinquante die exitus sui delegauit in manum cuiusdum nobilis uiri *Kraft* quoddam dominicale *velewarbrunnen* cum omnibus. que ad ipsum pertinent. eo iure quo sibi seruierat excepto uno iugero. ea ratione ut ipse delegaret super altare sancte Marie. in monte qui dicitur *Kŏtiwich* in usum fratrum ibidem deo seruiencium. Quod et idem *Kraft* fideliter in die sepulture

Digitized by Google

eiusdem super sacras sanctorum reliquias peregit multis coram astantibus. Et hii testes sunt adhibiti. *Waltherus. Adalram. patrui eius. Hartnit frater eius. Hadamar de chufarin. Chunrad de Wirmilahe. Meginher et frater eius Hedinrich de imicinisdorf. Waltherus de eadem uilla. Hadamar. Gozw. de gozinisdorf* et hii nobiles. Item de ministerialibus. *Heinricus de carinthia. Trunt. Adelbreht* et *Wichere* et *Gotfridus de traism. Megingoz. Hartman. Eberger. Witimar.*

CCLIX.

Notum sit tam presentibus quam profuturis. qualiter *Marchwardus de frǒendorf* data facultate sua. impetrauit. quod quidam *nobilis uir.* nomine *Wichart. de eodem loco.* et *uxor eius Benedicta.* et *filii eorum Wichhard* scilicet et *Wolfstrigil.* et *Sigihard* adhibita et manu *filie sue Benedicte* tradidit. s. dei genitrici. M. ad *Kotwich.* potestatiua manu dimidium mansum *in eadem uilla.* hac duntaxat condicione ut prefatus *Marchwardus* et omnis successio eius. ab eadem ecclesia ipsum absque aliqua refragatione. beneficii iure perpetuo possideat. et annuatim XXX numos exinde persoluat. Que res annitente *eiusdem loci plebano. domino Chunrado* diffinita est in presentia *domini Gerhohi Abbatis pie memorie* presentibus *Friderico* et *Chadalhoho capellanis* eius. *fratre* quoque *Altmanno* tunc temporis *preposito.* Cui rei testificantur *filii ipsius. W.* (ichhard). *W.* (olfstrigil). *S.* (igehard). De habitatoribus etiam loci illius. *Hezel. Hadamar. Gotescalc. Heinricus.* De *mǒinich Gerold. Ǒdalricus.* De *titrichesdorf Wolfold. Prunwart. Rudolf.* De familia ecclesiastica *Chunradus. Ǒdelscalch. Herwich. Eber. Helmbertus. Otto. Poppo. Herman de porce. Sigifrid de Ekkindorf.* Ad inuestituram hii idem.

CCLX.

Nouerit uniuersitas Christo credentium qualiter quidam *Ǒdalricus senior de perinekke* tradidit in manus cuiusdam uiri *Bertoldi* scilicet *de prinzlanisdorf.* mancipium unum Adilind nomine cum omni sua posteritate. hac condicione ut ipse delegaret illud super altare sancte Marie. Quod et ipse postea impleuit. ascitis his testibus. *Rǒdigero de egizinisperge. Heinrico de huriwoin. Herwigo. Adalhero de Radili. Megingoz de veldwindin. Sigifrido.*

Digitized by Google

CCLXI.

Memorie fidelium commendandum quod quidam *Otto de meginhartingin* delegauit super altare S. M. mancipium unum Paldwin. N. pro censu V. denariorum. Sub his testibus. *Bertoldo. Ôdalrico. Witimaro. Ebir. Adalberto.*

CCLXII.

Nouerint tam presentes. quam futuri Christi uocabulo insigniti. qualiter *Reginhardus de anzinperch nobilis homo.* rogatu *domini Sigifridi* et *Megingozzi fratrum* delegauit super altare sancte Marie potestatiua manu. ipsorum in presentia. et absque omni contradictione. predia illorum queque culta et inculta. ut subscripta sunt. Ad *rauwana* VI uineas et dominicale unum et tria curtalia. curtale quoque eorum cum pomerio quod adiacet. et duobus pratis. tria etiam molendina cum agro et pratis. et silua. Addidit quoque dominicale. I. ad *smidahe* cum mancipiis. Ad *Wachauue* uineam. I. Villicum scilicet Richerum cum uxore. filiis. et filiabus. ad *pouet* dominicale et tria curtalia cum agro. *Muldorf.* VII. curtalia. *Odinfelde* duo beneficia. *Neusidele* duo beneficia. et duo molendina. et IIII^{or}. curtalia cum agris et pratis. *Auzarpach* molendinum. cum agro. quod habet (habuit dominus supra scriptum est) *Hartnit* aduocatus. *Gunzinis* duo beneficia. et curtale cum agro. Hec et alia quecunque ipsi illic propria habuerunt. publica tradicione tradita sunt pro remedio animarum suarum et parentum suorum *Piligrimi.* scilicet et *Megingozzia* quorum desiderio et auctoritate. hec uoluntas bona in *nepotibus* excrevit. simul et omnium parentum suorum et inuestituram contradita sunt. Addita sunt etiam ab illis hec mancipia. Gotti et Heinricus. Helphricus. Wichpoldus et alius Wichpoldus. Radi. Engilpreth. (supra scriptum) et Diethoch. cum filiabus et filiis suis. Richarda cum filiis suis. Et ut hec tradicio immota et inconcussa perenniter maneat. hii testes idonei asciti sunt. *Hadamarus de chupharin. Reginbertus predictus.* et *filius eius Hadamarus. Herimannus de huntisheim. Gozwinus de Gozinisdorf.* et hii nobiles. *Rapoto de Walprehtisdorf. Erchinpreht de welminiche. Pernoldus de sancto ypolito. Ebirhardus. Walchun. Suithart. Heinricus. Liutoldus. Hartwicus. Permannus.*

Ipso die *Hadamarus de chupharen.* tradidit predium suum. ad *persniche.* super altare sancte M. sub eisdem testibus.

Digitized by Google

CCLXIII.

Nouerit uniuersa catholice plebis ecclesia. qualiter *Ditmarus de gnannindorf* delegauit super altare sancte Marie mancipium unum. N. Megingoz ad censum. V. denariorum. Sub his testibus. *Hartnid de treisim aduocato. Rudolfo. Engilberto de sconheringin. Gerungo. Permanno. Geroldo.*

CCLXIV.

Memoria quoque a fidelibus iugiter est retinendum quod *Heilka de birboim* tradidit super altare sancte M. per manum *filii sui Gerhardi. filieque sue . . . . . eodem die couuerse.* uineam unam ad *staudratisdorf.* unumque mancipium Diemud pro censu. V. denariorum. Et ut hec tradicio firma sit. idonei asciti sunt testes hii. *Adalramus de oftheringin. Rudigerus frater ipsius G.*(erhardi). *Hermannus de porze. Wolferun. Otachar de treisim. Hartwicus. Rahawinus de winchil.*

CCLXV.

Nouerint cuncti fideles qualiter *Ôdalricus de Gossisheim* in presentia domini *Reginmari patauiensis episcopi.* et *Chadalhohi Kotwigensis abbatis.* aliorumque plurimorum clericorum. et nobilium hominum. omnes traditiones quas ipse pius (sic—prius?) S. Marie concessit prediorum et mancipiorum. manu *nepotis sui Ôdalrici* secundo confirmauit super reliquias sanctorum fratribus hic deo in *Kotwigensi cenobio* seruientibus in usum. Acta est hec traditio in colloquio quod habuit cum *eodem episcopo* in loco qui *pilahegimundie* uocatur. addita et alia traditione trium uinearum ad *waltprehtesdorf.* pro remedio anime *Waltrici cognoti* (sic; Cod. B. vero: cognati) *sui nobilis eque uiri.* qui easdem uineas ea sibi ratione tradiderat. Testes autem hi sunt adhibiti. *Chônradus comes de Pilsteine. Pernhardus de Truna. Adelrammus de Perga. Adelrammus de Waldekka. Chônradus de wirmilaha. Heinricus de lengenpach. Otto de Machlante. Eppo de Staphilarin. Ôdalricus nepos ipsius Ôdalrici de gossisheim.* Sub eisdem testibus dedit etiam tria mancipia. Eber. et filiam eius Gisilam. filiamque illius Gerbirgam.

CCLXVI.

Fidelium memorie comendandum quod quidam. N. *Rupreht* delegauit super altare sancte Marie predium suum quale ipse possederat

Digitized by Google

in loco qui dicitur *Rudingisdorf*. absque omni contradictione. confirmans his *testibus. Wolfrado. Megingozo. Erchinberto. Witimaro. Nankero. Egilolfo. Adilberto.*

CCLXVII.

Et hoc memoria tenendum qualiter *duo uiri. Huc* scilicet et *Chunradus*. manu. *R. matris sue* tradiderunt super altare S. Marie predium suum ad *chambe* XI. pro talentis. eo tenore. ut si quis successure posteritatis redimere atque possidere cupierit. XL. talenta exsoluat. Delegantes ergo ab remedium animarum suarum hos adtraxerunt testes. *Dietmarum de durrinbach. Eberhardum. Sigbotonem. Dietricum. Chunradum.* et *fratrem eius Dietmarum. Witimarum* quoque et *Fridericum. Meginhardum. Lanzonem.* aliosque quam plures.

CCLXVIII.

Notum sit cunctis Christi fidelibus tam successuris quam presentibus. qualiter *dominus Megingoz* post obitum *fratris sui Sigifridi* in die scilicet depositionis eius. omnes traditiones quas ipsi antea in prediis seu mancipiis ad altare sancte Marie delegauerant. coram *domino Chadalhoho archipreposito* tunc temporis *episcopi Reginberti uicario. abbate* quoque *Gerhoho* aliisque quam pluribus confirmauit. duo se uiuente dominicalia quo alia cercius firmiusque post obitum suum tenerentur delegans. Sed quia *relicta domini S.*(igifridi) aliqua ex his ui. et absque iure possidere uoluerat. litigium in presentia domini *Chunradi Marchionis* cunctisque principibus suis dirimi oportuit exortum. Quod et factum est. Nam ipse *dominus M.*(egingoz) iusta optinens censura que sua erant. per plures asciuit testes. ut omni sine scrupulo perpetim maneat hec ipsa tradicio. Addita sunt etiam ab illo hec mancipia. Ebirgerus. Marchwardus. Arnoldus. pro censu. V. denariorum sub his testibus. *Domino Chadalho preposito. Wermut. Ebirwin. Wolfkero.*

CCLXIX.

Nouerint uniuersi ecclesie filii. qualiter *Heinricus quidam ingenuus homo*. delegauit super altare secundo sancte Marie ut delegauerat *episcopus Heinricus*. locum qui dicitur *Munichhouen*. Ipse enim in eius manus delegauerat. hac conditione. ut in usum fratribus *Kotwicensibus* traderetur. Hii ergo asciti sunt testes. *Waltherus de*

Digitized by Google

treisim. Herimannus de H.(untisheim). *Adalbertus. Ortolfus. Wigant de scovingin. Chunradus. Helinpreht. Ebir.*

CCLXX.

Et hoc memoria tenendum. qualiter *Chunradus de gozniche* delegauit cum manu uxoris sue . . . . . super altare sancte Marie molendinum unum eo tenore. ut quoad uiueret ipsius usui cederet. sub his confirmans testibus. *Walthero de treisim. Herimanno de h.*(huntisheim). *Ditmaro. Cozwino de goz. Ortolfo. Piligrimo. Wolfkero. Ebir. Perinhardo.*

CCLXXI.

Notum sit cunctis. quod *Friderun relicta Sigifridi de adalbrehtisperge* tradidit eius rogatu super altare sancte Marie uineam unam ad *ebirisrute.* sub his testibus. *Wolfkero. Hartuuico. Ebir. Odalrico. Trutsun. Azilino. Erwino.*

CCLXXII.

Memorie fidelium commendandum. qualiter *Warmund* (supra-scriptum est: *echindorf*) *ministerialis Heinrici ducis* ob remedium anime *comparis sue defuncte Juditte.* delegauit super altare sancte sancte (sic) Marie tria beneficia *stiesdorf.* I. *Celdrandorf.* I. *Puchesprunnen* I. rogans fratres ut pro suis etiam intercederent excessibus. Huic tradicioni asciti sunt testes hii. *Rudwin. frater* w. *eius. Gebehardus* (filius R. udwini?) *Manegoldus* (de liubes). *Ortolf* (Meginhardisdorf). *Ortolf* (Porandisdorf). *Otto.* (Missowe). *Perinhardus* (Adalwartisdorf). *Dietmarus* (durrinpach). *Chunradus.* (de chambe). *Fridericus* (tisze). *Herrand* (uuzzesprunnen) (nom. incl. inter lineas scripta).

CCLXXIII.

Notum sit cunctis ecclesie filiis. qualiter *dominus Altmannus patauiensis episcopus.* inter alia que huic loco contulit. decimationem uinearum *chremisie.* tradidit in usum fratrum potenti manu hic deo et sancte Marie seruientium. Que traditio permansit inconuulsa usque ad successorem suum *Reginbertum episcopum.* qui eam inprimis irritam fecit. Sed isdem episcopus rogatus et admonitus a fratribus ut litem sedaret. coram fratribus. et suis ministerialibus decreuit ut decimationem uinearum a *fluuio chremisi* per descensum platee que

Digitized by Google

ducit *lantrichisdorf*. et per ascensum *lutee uie ad strazingin*. et eam uiam que de *strazingin* ad *lantrichesdorf* ducit absque omni controuersia in usum fratrum cederet. cum ipsa siluatica terra que incolitur. Vt hec inconuulsa perpetuo manerent adhibiti sunt hii testes. *Herimannus de huntisheim. Berinhardus de trune. Wezil* qui tunc erat prepositus. *Marchwardus de sconenpuhele. Arnoldus de wolfpezzingin. Huno frater eius. Perimannus noster familiaris. Rapoto de chremise. Rudigerus. Rudmarus. Sicco. Otto*. Stabiliuit idem *episcopus* eandem traditionem. ut decimationem aliarum uinearum. que in supra dictis limitibus non sunt scripte libere possideret.

CCLXXIV.

Nouerint tam presentis quam future posteritatis fideles. quod uir *nobilis Piligrimus de houestetin* correptus infirmitate et seculo abrenuntians apud nos. delegauit super altare S. Marie in usum fratribus hic deo seruientibus dominicale unum iuxta *houestetin* situm. cum suis apendiciis pratis. et siluis. et tria beneficia in eodem loco. uillicum ipsius dominicalis cristan. N. cum filiis et filiabus suis. quorum hec sunt nomina. Ŏdalricus. Piligrim. Chunize et sororem eius (Trutim) et Piligrim. Huius rei testes sunt hii. *Tiemo* (frater P. iligrimi). *Gerunc* (de pielahe). *Rudolfus* (crezzinch). *Rudolfus* (de hauenaren). *Chuno* (de ettirhouen). *Ekkipreht. Marchwardus. Engilmarus. Otto Engilmar*. Inuestiture *Rudolfus. Gerunch*.

Addidit sub eisdem testibus. II° mancipia iun. pro censu. V. denariorum.

Hanc delegationem *dux Heinricus* (rasura) die confirmauit. tradens potestatiua manu supra dictas tradiciones super altare S. M. coram ministerialibus suis. his ascitis testibus. *Ramunt. Heinricus*. (mistilbach). *Heribord* (rusbach.) *Chadalhoc. Irinfridus* (asparin). *Rupreht. Rudolfus* (sun). *Ŏdalricus*. (de suueringin). *Adalber de Cumpindorf*.

CCLXXV.

Memoria a fidelibus retinendum quod quidam *Fridericus de tizze* cum manu *comparis sue H.* delegauit super altare S. Marie beneficium. I. ad *hohinwart* eo tenore ut eis usus fructuarius cederet dum uiuerent. his testibus adhibitis. *Meginhard* (de tizze) *Wolfkerus. Hartwicus. Ebir. Perman. Penno*.

Digitized by Google

CCLXXVI.

Nouerint omnes uniuersalis ecclesie fideles. qualiter *Adalbertus comes de rebigûv.* dederit tres mansus ad altare S. Marie in loco qui uocatur *hard.* pro remedio parentum suorum. Huius traditionis testes sunt. ipse *comes A.*(dalbertus). *Wichpoto.* (de piela). *Charl.* (de hohenekke). *Otto. Wezil. Meginhardus. Rupreth. Ebirgir. Hartwich. Adalbertus. Reginbertus. Wolfker.*

CCLXXVII.

Nouerit uniuersa katholice plebis ecclesia quod *Chůnradus de chambe filius Hoholdi* dedit Kotwicensi ecclesie pro remedio anime sue molendinum ad *Ôzinestorf. cum insula quadam adiacenti danubio.* Nichilominus idem dedit in *hospitale in usus pauperum* predium ad *psitigindorf.* Dedit etiam predicte ecclesie nostre quicquid ad *gozniche* habuit in rure et mancipiis. Porro duas uineas itidem dedit cum omnibus appenditiis suis. Idem etiam dedit quicquid in rure et molendinis et omnibus eorum appenditiis unacum mancipiis habuit. ea conditione ut post obitum suum et uxoris et *sororis Heilken decessum* eidem ecclesie ex integro deseruiat. Cui rei testificantur. *Warmůnt de echindorf* qui etiam delegauit. *Růdwinus frater ipsius. Adelholdus. Diethardus de gozniche. Gebehardus filius predicti Rudwini. Werinhardus filius Friderici saxigene. Elbwinus de gozniche. Ailgerus. Adelbertus de chambe. Bernhardus de gozniche. Wernhardus de lengenuelde.* Et *de nostris. Rudigerus de prunne. Hartwicus de brunne. Wolfkerus* (de uurte) et *Adelbertus* et *Snello. Volkhradus* et *frater eius Waltherus de traisme.*

CCLXXVIII.

Sed et hoc memorie commendandum est quod dominus *Fridericus de thizze* et *uxor eius Heilka* dederunt sancte Marie predium ad *hohenwart* et agellos qui ad uineam pertinuerant que exstirpata est. Tradidit et stabulariam curtem ad *tizze* cum ceteris prediis suis hac lege ut post decessum suum *ecclesie Gotwicensi* deseruiat. Cuius rei testes hii sunt per aurem omnes idonei adsciti. *Meginhardus de thizze. Piligrimus de gintorf. Chůnradus ex eadem uilla. Bernhardus de gozniche. Rapoto de Zweintendorf. Dietricus de grindorf. Heinricus de thizze. Dietricus de eadem uilla. Volkhradus et Waltherus de traisme.*

Digitized by Google

CCLXXIX.

Notandum simili modo esse uolumus quod quidam *Gumpo*. N. et *uxor eius de Witigeistorf* dedit S. Marie et huic congregationi deo seruienti hic. molendinum ad *Wisindorf* cum adiacenti prato. Et ut hec traditio inconuulsa deinceps permaneat. testes hii per aurem asciti sunt. *Hermannus de huntisheim* et *Hettuolch. Heinricus bawarus de urowendorf. Hermannus de borz. Otto* et *Hartwicus nostri familiares.*

CCLXXX.

Et hoc memorie comendandum quod *dominus Fridericus ratisponensis aduocatus* tradidit *kotwicensi ecclesie* potestatiua manu quendam. N. Sigmundum cum omni sua posteritate ad censum. V. denariorum et hec nomina eorum. Ebeper. Arnoldus. Chunigunt. Azela. Cui rei testificantur *Heinricus* et *Sigiboto de Zakkingen.*

CCLXXXI.

Anno incarnationis domini mill. C. L. VIII. *comes ekkebertus de putine* cum *Friderico rege* in expeditionem iturus. delegauit in manum *Sivridi ministerialis sui* predium suum ad *chrotendorf.* ea conditione ut si ipse in expeditione eadem uita decederet. ille idem predium potestatiua manu *Gotwigensi monasterio* cum omni familia ipsum predium incolente contraderet. Comite ergo in expeditione occiso. idem *Sivridus* traditionem sibi iniunctam super reliquias. s. Marie compleuit. his testibus astantibus. *Sighardo de flace. Gotscalco de landeshere. Walthero de tanninperch. Adelberone et fratre eius Ödalrico de domichensteine. Liudwico de glaneke. Gotscalcho de diernsteine. Chunrado de pusinperge. Reginberto de laichlinge. Hartfrido* et *Gunthero fratre eius de poscach. Otagrio decano de viscach. Popone plebano de niuwenchirchen. Rapotone de putine. Hainrico de rotingen. Ekkehardo de erlach. Dietrico de swarzach. Gerhardo de glizenuelde. Ottone* et *fratre eius Wlfingo de chaphenperge* aliisque quam plurimis.

CCLXXXII.

Notum sit tam presentibus quam futuris qualiter *ego Johannes humilis gotwicensium seruus. Witimaro* et *Dietmaro de familia monasterii* cum consilio et petitione fratrum et uoluntario assensu

Digitized by Google

ipsorum quedam beneficia subtraxi. reliqua uero que adhuc possidere uidebantur. ipsis et filiis eorum possidenda concessi. Et ne qua deinceps controuersia exinde oriri possit. carte mee inscriptione firmaui. et *domini Chůnradi patauiensis episcopi* auctoritate firmaui.

CCLXXXIII.

Ad presentium confirmationem et posterorum commonitionem. et omnimodam litis diremptionem litteris memorie imprimimus concambium prediorum quod factum est inter fratres *kotwigensis monasterii.* et *dominum Otagrium marchionem de stiri.* anno incarnationis domini Mill. C. LXI. Idem namque *marchio* et pro remedio anime sue. et pro ratione concambii *ecclesiam sancti viti* et *ecclesiam ad haginvelt* cum dotibus ad illas pertinentibus. cum omnibus mancipiis. prediis. cultis et incultis. siluis. aquarum decursibus. et insuper ad *reidinuelth* quinque beneficia monasterio contradidit. quo contra predium *adelgersdorf* dictum. in *marchia illius situm.* cum omnibus appendiciis. a monasterio ipse recepit. Huius concambii traditionem in manus *aduocati ipsius monasterii Heinrici ducis austrie* contradidit. et his testibus confirmauit. *Ipse Heinricus dux testis.* et *marchio. Sigifridus comes de liubinowe. Liutoldus comes et filius eius Liupoldus. Chůnradus de rachze. Wolfger de naliube. Adalbertus Gebehardus comites. Adalbertus de berge. Pabo de Suinze. Dietricus de adalgersbach. Adalbero de chobanburch. Adalbero de chunring. Heinricus de Zebigen.* et *fratres eiusdem Heinrici. Rapoto. Otto. Heinricus. Ortlieb de widiruelt. Rapoto de swabedorf. Heinricus swarza. Eberhardus. Adalbero.* ceterique quam plures ministerialium ducis et marchionis. *Dux* uero acceptam concambii traditionem in manus *domini Adalberti liberi hominis* monasterio confirmandam delegauit. quam ipse nichilominus *Adalbertus* super altare S. Marie ut sibi fuerat contradita roborauit. Huius rei testes accesserunt. ipse *Adalbertus. Heriman de huntisheim* et *filius eius Herrant. Hademar de anziberch* et ceteri quam plures.

CCLXXXIV.

Anno ab incarnatione domini Mill. C.L.X.I. viii. k. augusti *Peringerus de Zemiliup* ministerialis ducis austrie *uxorem suam Adalheidam* in poliandro. S. Marie apud nos sepeliens tradidit pro remedio anime eius omniumque parentum suorum mansum unum ad *nivindorf*

Digitized by Google

ea conditione ut nulli unquam in beneficium concedatur. Et si uendi. uel cambiri aliquando contigerit. sibi. uel alicui affinium suorum uendatur uel cambiatur. et ut ipse semper aduocati ius in eodem obtineat. Huius rei testes accesserunt. *Peringerus. Dietricus. Ôdalricus frater Peringeri. Ernist* et *alius Ernist. Ôdalricus.* Et hii *de familia S. Marie. Otto. Odalricus. Rudiger. Bertoldus. Ekkericus. Sigifridus* ceterique quam plures.

CCLXXXV.

Exemplo prouocati piorum. stilo denotamus benefacta piorum. tum ut memoria eorum semper uigeat. tum ut litis controuersia in nullo nobis proueniat. *Gerungus* igitur *de raztingin* pro remedio anime sue. beneficium ad *raztingin* tradidit super altare S. Marie. Ipso die *filii Heinrici flaiscezzen. Ernest* scilicet. *Wezil* et *Heinricus* pro parentum suorum pia memoria et pro redemptione predii cuiusdam ad *merchingin.* quod iam diu parentes ipsorum pro beneficio tenuerant. tradiderunt *monasterio chotwigensi* uineam ad *Mutarin.* Fratres quoque ipsius cenobii beneficium quoddam ad *Frowendorf* a *Hermanno de Huntisheim* ementes. eadem die traditionem ab ipso et uxore eius ac filio receperunt. Traditionibus igitur his anno ab incarnatione domini M. C. LX. II. kalend. mai super altare sancte Marie in *chotwico* peractis. hii testes accesserunt. *Adalbertus de werde. Hermannus de huntisheim.* et *Herrandus filius eius. Haitfolch* et *Rûdgerus* homines ipsius. *Ernest. Wecil.* et *Heinricus fratres qui dicuntur Flascezzen. Ôdalricus de vuchowe. . Gerungus de raztingin. Wigandus de churzenchirchen. Hartwicus Rapoto* seruit ipsius ecclesie. Ipsum autem predium ad *frowendorf.* redemptum est *a predicto Hermanno.* argento quod contulit monasterio *domina Adelheidis abbatissa.* quo etiam redempta est uinea quedam ad *mutarin.* a quodam *Etich de Chuliup.* Predictum ergo predium et uinea illi iure in premio asscribitur. cuius sumptibus redemptum dinoscitur.

CCLXXXVI.

Digne in memoriam scribuntur hominum. quorum iusticia permanet in seculum. *Petrissa* itaque *uxor Albrici de adelberndorf* ipsum maritum suum in poliandro. S. Marie apud nos sepeliens. pro remedio anime illius omniumque parentum suorum. tradidit super altare tria beneficia ad *Norzendorf.* his testibus presentibus. *Volchrat*

Digitized by Google

frater ipsius Petrisse. Pilgrim de Grinttorf. Hettilo de Adelberndorf. Hugo Pilgrim item *de Adelberndorf. Otto. Hartwicus. Enziman. Durinch* serui monasterii.

CCLXXXVII.

Vt in libro scribantur uite. pia facta iustorum. stilo commendamus memorie. *Albricus* ergo *cum uxore sua Elisabeth de chunihohestetin* uineam *in eodem loco* sitam tradiderunt in manum *Ascwini de werdarin* post mortem suam tradenda super altare S. Marie *Gotwich.* Quibus uita decedentibus. idem *Ascwinus* eandem traditionem secundum fidem sibi contraditam super Altare confirmauit. sub horum testium presentia. *Otto de brunnen. Tiemo de sikkendorf. Ipse Ascwinus. Otto. Hartwich. Rapot. Enziman. Heinrich* famuli ecclesie.

CCLXXXVIII.

Hartmůt ministerialis episcopi patauiensis ex hac uita decedens. ipsum episcopum reliquit heredem. *Chůnradus* ergo tunc *patauiensis episcopus* pro remedio ipsius *Hartmůt* tradidit super altare. S. Marie ad censum quinque denariorum mancipia quedam que ipsi *Hartmůdo* in *exciscundia matris sue* acciderant. Mathildam cum filiis suis. Gerungo. Meginhalmo. et filia Richkarda. Huius traditionis testes accesserunt. *Friderich de Hage. Pernolt de s. Ypolito. Herman de Huntisheim. Reginbertus de laichlingin. Engilscach. Dietrich de smidarn.*

CCLXXXIX.

Willibirch quedam ad asylum summi regis ab exactoribus egypti confugiens. semetipsam super altare S. Marie. pro censu quinque denariorum contradidit. sub horum testium presentia. *Wolfper et filius eius Wolfper. Dettmar nauta. Hartwich. Bernold. Otto. Dettrich. Trutman.*

CCLXC.

Anno incarnationis domini M. C. XXXI. *Ebergerus* quidam *ministerialis patauiensis episcopi.* cum licentia *Reginmari* tunc *pontificis* delegauit super altare. S. Marie per manum *liberi hominis Gebehardi de Wagraim* mansum unum ad *Noppindorf.* in presentia *Chadalhohi abbatis.* his testibus astipulantibus. *Hermannus* et *frater eius Reginhardus de huntishaim. Waltherus de Yuhsen. Gebehardus de*

Digitized by Google

wagraim traditor. Hartwicus de Prunne. Otto. Sifridus de hurginbach. Hermaunus et frater eius Burchardus. Liupoldus. Enzimannus.

CCLXCI.

Nouerit tam presens etas. quam successura posteritas qualiter quidam *catholicus sacerdos* nomine *Rudolfus* potestatiua manu delegauit quatuor mancipia sua. Perehten. Fromute. Altmannum. Elbuuinum. natos de libera muliere. et proprio suo seruo Elbwino ob censum quinque denariorum annuatim soluendo cum tali predio quale habuit *Wolfespach.* super altare S. Marie *kotwich* pro remedio anime sue et parentum suorum ea uidelicet ratione. et conditione quatenus eadem mancipia. idem predium ab *abbate kotwicensi* debito seruitio loci haberent in beneficio. Quod ad honorem. et retributionem seruitutis matris supra dictorum mancipiorum quia libera fuit factum et firmatum est. Huius rei testes sunt per aurem tracti. *Dietricus de ruzmares. Ekkiricus* et *frater eius Dietricus. Hiltpreht.* et *Herliep. Gunther. Gunthart. Odalricus. Pernhart. Gotfrit.* Factum est *presente Gunthero presbitero. domino Chadalhoho Abbate* id suscipiente. et *fratre Liuthwino.*

CCLXCII.

Nouerint tam futuri quam presentes qualiter *Chûnradus filius Volchradi* et *frouze ministerialis ducis H.* tradidit super altare s. Marie in *kotwico* potestatiua manu. predium quoddam ad *Hohenwart.* quod pater et mater eius emerant. ob remedium animarum parentum suorum et precipue matris ibidem sepulte. Huius traditionis testes sunt aure tracti. *Chunradus de Mulbach. Sibot de Raztingen. Chunrat et fridrich de Traisem. Nûdunch de laimgrube. Perhtolt de Penningen. Chunradus talwar. Sighart de Zaggingen. Liutwin. Otto de familia ecclesie.*

CCLXCIII.

Filii qui nascentur et exurgent. narrent filiis suis. qualiter *Chunradus* et *Adalbertus filii supradicte Vrôze* tradiderunt super altare s. Marie ad *kotwich* potestatiua manu predium quoddam ad *wirntesdorf* et ad *zwentendorf.* pro remedio animarum parentum suorum. et ad subsidium *duabus sororibus suis ibidem inclusis.* Huius traditionis aure tracti sunt testes. *Chunradus de Mulbach.* et *Dietricus.*

Digitized by Google

Gerhardus et *Gotscalchus de pirbôm. Hartunch de chelchdorf. Liupoldus* et *filius eius Chunradus de velze. Hirz de Ebersprunnen. Reginbertus. Heinricus* de familia ecclesie.

CCLXCIV.

Cognoscant Christi fideles tam futuri quam presentes qualiter *Reginbertus de elsaren* quoddam mancipium. N. Mathildis. quod a parentibus suis delegatum fuerat super altare S. Margarethe *elsaren.* pro peticione. et remuneratione patris ceterorumque parentum eiusdem mancipii cum simili concambio et restitucione alterius mancipii nomine Richildis a priore delegatione redemit. et restituit. et in manus cuiusdam *nobilis uiri Peringeri de mizelporndorf* cum omni libertate suimet. ea conditione tradidit. ut si libertatem uel qualemcunque subiugationem alterius delegationis eligeret. cum libertate proprii arbitrii consequeretur. Parentes itaque eiusdem mancipii inito consilio nullam libertatem potiorem quam censum. V. denariorum esse dixerunt. *Peringerum*que traditorem eiusdem mancipii rogauerunt. ut sicut in manus suas delegata fuerat. ita eam super altare S. Marie *kotwig.* ad censum V. denariorum delegaret. Quod ille fideliter compleuit tali compacta conditione quatenus si aliqua paupertas uel alicuius impedimenti causa prepedita a censu coarceretur saltim in X° anno persolueret. et sic cum eadem libertate qua antea fuerat perduraret. Hec itaque ut rata et inconuulsa permaneant testimonium fidelium hominum adtraximus. Primo prescripti *Peringeri de mizelporndorf Geroldi de clubendorf. Chunradi patris eiusdem Mathildis. Ôdalchaldi* et *Rudolfi de munechehofen. Marchwardi* et *fratris eius Lutpoldi.* et *Sigibotonis de obernholze. Marchwardi de frôwendorf. Marchwardi de wise. Hadewini de elsaren.* Porro filii eiusdem Mathildis sunt. Heinricus. Chûnradus. Eberhardus. Sigifridus. Piligrimus. Hadewich et filii eius Ernest. Mathild. Nichilominus ad censum V. denariorum ipsi et omnis posteritas eorum.

CCLXCV.

Notum sit cunctis Christi sanguine redemptis tam presentis temporis quam future successionis etate qualiter quidam *urbanus. N. Eigil de cremisia* donauerit sancte Marie et fratribus in hoc loco deo seruientibus nunc et deinceps. pro remedio anime sue et omnium parentum suorum. et causa *filie sue Hadelhaith quam eadem die in*

Digitized by Google

monasterio nostro educandam donauit (domum et insulam nobis adiacentem cum loco piscationis, supra scriptum est). Sunt autem huius donationis testes satis idonei. *Ôdalricus losil. Otto rex. Ortwinus niger. Dietmarus cers. Wolfper nauta.* aliique quam plures.

CCLXCVI.

Memorie etiam commendandum quod *Otto plebanus de amstetin.* delegauit uineas duas *gnoissindorf* sitas. super altare beate Marie *kotwig.* reseruato sibi usu fruendi dum uiueret. pro remedio anime suorumque parentum. Huius rei testes sunt. *Willihardus. Heinricus de charlstetin. Rapoto de imicinisdorf. Swithard de charlstetin. Hartwicus. Penno. Otto. Heinricus. Durinch de familia.*

CCLXCVII.

Ortwinus quidam *de Ebersprunnen* emit predium quoddam ad *smidahe* situm. Emit autem a *leviro suo Gerwico* decem talentis. Partem huius pecunie *fratres kotwicenses* dederunt ea conditione ut ipsum predium post mortem suam monasterio donaret. Fecit sicut condictum fuit. predium monasterio delegauit. et ipse ad censum XXX. nummorum soluendum a fratribus illud in beneficium usque in finem uite sue recepit. Huius rei testes sunt. *Wigandus de scowingin. Piligrim de Chûnendorf. Gebehardus. Chunradus de Emichenprunnen. Gernot de Rossaz. Hainrich de porze. Eppo de Emichprunnen. Hartwich et filii eius. Perhtoldus* et *Hartliep.*

CCLXCVIII.

Lutuuinus quidam de Radendorf tradidit monasterio uineam ibidem sitam. Tradidit autem eam super altare S. Marie *iure ciuili* uel *urbano.* pro remedio anime sue et omnium parentum suorum. Dantur ex ea *iure ciuili.* XXII° denarii. Testes. *Rûdolfus* et *Hainricus de Swarzah* et *Poppo. Trunti. Wirnt. Otto. Hainricus. poze.* (sic—porze?).

CCLXCIX.

Ne memorie excidat. sed filii narrent filiis suis. benefacta iustorum scriptis figimus. *Comitis* igitur *Gebehardi de Hohinekke* factum stilo commendamus. et memorie posterorum tradimus. Tradidit enim. s. Marie in *kotwico.* quinque beneficia *honinsdorf* posita. post finem suum monasterio seruitura. Fecit autem ipsam traditionem in manum

Digitized by Google

domini *Johannis* tunc *abbatis ipsius loci.* Testes. *Eberhardus de Chrůge. Otto de Ôtendorf.* et *filii eius. Chunradvs. Egino. Chunradus. Hugo. Meinhart de Rorinbach. Ernst. Hainricus de Sirnich. Otto diabolus, Gerwic.*

CCC.

Similiter et *frater ipsius Adalbertus comes de staine.* exemplo prouocatus fraterno. spiritu attactus pietatis. tradidit super altare S. Marie. VI. beneficia in eodem loco *honinsdorf.* sita. post mortem suam monasterio cessura. Testes accesserunt ministeriales ipsius comitis. *Karolus. Liutoldus de Prinzlanesdorf. Otto de Ôtendorf. Adalbertus de Rorinbach. Irnfrit. Ôdalricus. de vukla.* De familia ecclesie. *Hartwicus. Otto. Wolfker. Ôdalricus.* Traditio utraque facta est cum consensu fratrum utrorumque. siue heredes habituri sint. siue ne. Acta sunt hec anno incarnationis domini. M° C. LXX° III°

CCCI.

Vilradus de karlsstetin delegauit super altare S. Marie uineam agris et curtalibus dotatam. post mortem suam monasterio seruituram. apud *Walprehtesdorf.* pro remedio animarum *uxoris. et filii sui.* Testes. *Ôdalricus de Ancindorf. Wernhart. Swithart. Hainricus. Gotscalch. Růdiger. Hadmar. Arbo. Hainricus.* M . . . . .

CCCII.

Mahtfridus de chunihohestetin tradidit monasterio uineam ad *Regilinberge.* post mortem suam usufructuariam. Testes. *Ascwin. Hugo. Wirnt. Ôdalricus. Chunradus. Guntfrit. Herwort. Otto de rorinbach. Hainricus. Adalbero.*

CCCIII.

Erchingerus de bawaria delegauit super altare. S. Marie quoddam mancipium. N. Gisilam cum omni posteritate sua. ad censum. V. denariorum. *Adalbertus. Gisila. Bertha. filia eius.*

CCCIV.

Filii qui nascentur et exurgent. narrent filiis suis quod *sacerdos quidam Arnoldus* nomine de *Albrehtesperge.* tradidit predium suum ad *chremilize.* super altare s. Marie per manum *liberi hominis Arbonis uidelicet de Gozinesdorf.* pro remedio anime sue. et *domini sui*

Digitized by Google

Adalberti. Huius rei aure tracti sunt hii testes. *Predictus Arbo. Wigandus de scowinge. Megingoz de chuliube. Růze de vlinspach. Ôlsalch* et *filius eius Gebolf de tobelaren. Chunradus. Ernst. Pernolt de mutaren. Lutwin. Heinrich.* et alii de familia ecclesie.

CCCV.

Nouerint omnes Christi fideles. quod *Liupoldus comes de Blagen* delegauit super altare s. Marie duo beneficia. et duas uineas (cum agris) ad *meginhartesdorf.* et hominem meginhardum nomine. in usum fratrum hic deo famulantium. *pro anima matris sue apud nos sepulte.* Huius traditionis aure tracti sunt hii testes. *Ernst de trune. Fridericus de saleueld. Heinricus de richersdorf. Wolfker de hage. Wolfker de winchele. Albertus de lewarn.* et *frater eius Hartwicus. Perhtoldus lupus. Tiemo lupulus. Marchwardus sueuus. Ortolfus de werd. Meginhardus camerarius. Wigandus de scowinge. Heinricus de uônendorf.*

CCCVI.

Et hoc memorie fidelium commendandum quod *Sophia comitissa de herrantissteine* et *filius eius Herrandus.* delegauerunt super altare S. Marie curtem unam ad *pusindorf.* sub his testibus. *Herrant. Ôlrich. Ortolf. Chunrado. Wolfker* et *frater eius Huch. Nepotes sui Heinricus. Huch. Heinricus. Hartwicus. Otto. Heinricus. Perhtoldus. Arbo. Liutwin.* Et ne quis hanc traditionem infringere . . . possit. predium suum ad *zuelanisdorf.* addiderunt. eo tenore ut si in curte cuispiam pateremur violentiam. ipso predio detento obtineamus iusticiam. Et huius tradicionis seu confirmationis testes sunt hii. *Otto. Hecil. Reginoldus.* et predicti *Ortolf. Ôlrich. Chunrad. Hartmůt. Heinrich. Perhtold.*

CCCVII.

Heinricus et *filii eius Heinricus. Otto. Reginbertus. Werinher* delegauerunt super altare S. Marie kotewich quoddam mancipium. N. Werenhardum ad censum. V. denariorum annuatim soluendum.

CCCVIII.

Memorie fidelium commendandum. quod quedam *Irmgard. relicta Herrandi de Welminich.* cum manu *Perhtoldi fratris eiusdem H.* delegauit uineam unam *in eodem loco* ad altare S. Marie. pro anima

Digitized by Google

predicti *H.*(errandi) *mariti sui.* et omnium parentum suorum. eo tamen tenore. ut ipsa quamdiu uiuat et unus infantulus ipsius usu fructuario perfruantur. postea in usum fratrum cedat. Testes autem hii attracti sunt. *idem Perhtoldus. frater defuncti. Rudolfus de welminiche. Fridericus. Dietricus.* et alii plures.

CCCIX.

Et hoc notandum quod uir nobilis *Heinricus de murristetin* delegauit uineam unam cum omnibus appendiciis suis. *ad nuzdorf* sitam. ad altare sancte Marie in usum fratribus hic deo seruientibus. pro remedio anime *uxoris sue Gerdrudis.* et omnium parentum suorum. Addidit etiam et mancipium unum Juditam nomine cum sua posteritate. ad censum. V. denariorum. Huius rei testes sunt. *Hadamarus de chůfarin. pater ipsius G.*(erdrudis). *Eberhardus de steinberch. Berhtoldus de winburin. Hadamarus de ancinberge. Rapoto de imicinisdorf. Adalbreht de walprehtisdorf. Rubertus de uorchinuelde. Wolfkerus de hage. Huch de charlstetin. Gerunch. Heinricus. Engilbreht. Adalhart. Sifridus.* et alii multi qui ipso die aderant.

CCCX.

Notum sit omnibus. quod quidam *Dietricus de uuchowe* tradidit uineam unam in usum fratribus deo hic seruientibus. Hanc uineam *Ôdalricus de uerde* delegauit super altare s. Marie. quia *in eius montano iure* sita erat. ad ipsum scilicet ius sibi persoluendum. Asciti sunt autem testes. *ipse Ôdalricus* et omnes ipsius loci monticole.

CCCXI.

Illud et sciendum quod *Gerungus nobilis homo de nortprehtisdorf* delegauit uineam unam. et II. mancipia ad altare sancte Marie. Ipso die *Diemuod de huntisheim* delegauit *Perhtoldum de chremise.* utraque tradicio firmata his testibus. *Wigand de scôingen. Ôdalrich de estriz. Hartwich et filius eius. Bertholdo et Wolfkero de prunnen. Penno. Rudiger. Liutwin. Irmfrido. Gotfrido* et aliis pluribus.

CCCXII.

Et hoc sciendum quod *Adalheid de hohinsteine* delegauit predium suum ad *echindorf* situm *in bawaria.* super altare sancte Marie.

Digitized by Google

Que tradicio facta est per manus *Gozwini de guotinberch* die depositionis eius. sub his testibus. *Gozwino predicto. Rudigero. Tiemone* cognatis eius. *Perhardo. Machto. Hartwico* et *filio eius Perhtoldo. Liutwino. Irmfrido. Wirint. Meginhardo.* et aliis pluribus.

CCCXIII.

Notum sit omnibus fidelibus Christi quod *Rudbertus de vorchinuelde* pro remedio anime sue et *filii sui Rudberti* delegauit super altare sancte Marie uineam ad *celle* sitam. Huius rei testes sunt hii. *Wezilinus de walde. Gotfridus de haslpach. Chunradus de vorchinuelde. Engilger de laimgrube. Fridericus de pircha. Hermannus de huntisheim. Wirint.*

CCCXIV.

Vt in noticia tam presentis quam future etatis habeatur presenti scripto notatur. quod *dominus Diepoldus patauiensis episcopus* rogatu *domini Rudmari kotwigensis abbatis* quendam matronam nomine *Trutam de prunne cum filio Dietrico.* et *filiabus Gerdrut et Petrissa.* cum omni posteritate eorum in altare S. Marie predicti monasterii delegauit. et iusticiam ministerialium qui ad idem monasterium spectant eis confirmauit. Huius rei testes sunt. *Eberhardus de Rauna. Dietricus* et *Werint de werdarn. Sigihardus de peheimchirchen. Trutman. Heinricus et Meinhart de palt. Vlricus de estriz. Liutwin* et *Vlricus.*

CCCXV.

Noticie posterorum commitimus. *quod Reinpertus de hohenstein* super altare. s. Marie pro remedio anime sue. et *uxoris.* ac *filii.* delegauit duos mansus *Ekkehardestein.* et. III. curtalia. et pratum in *sewin.* et. II° loca ad molendina facienda. *Beneficium Ottonis* saluo eiusdem *Ottonis* iure. ut beneficio suo non fraudetur. Preterea II^{or} mansus *libhardesekke.* et uidue beneficia. *Chůslage.* II^{or} mansus. qui sunt reditus. *Heitfolcum de stissendorf* cum IIII. liberis suis. tradidit ad censum. V. denariorum annuatim exsoluendum. Testes. *Gozwinus. Reinbertus de Rudigen. V̊lrich de Wisenrůt. Wichardus* et *Otto de Rawina. Perhardus. Albertus. Heinricus seruiens Gozwini. Otto seruiens domini Reinberti. Chunradus seruiens Ottonis de prunnen. Gundolt. Timo.*

Digitized by Google

CCCXVI.

Noticie posterorum committimus. quod *Gebehardus comes de Hohinekke* predium de *Honinsdorf* quod ipse et *frater eius Adalbertus* post decessorum eorum (sic) super altare S. Marie tradiderant. ut eidem monasterio confirmaretur et roboraretur. iterato sub presentia aduocati in proprietatem monasterii tradidit. Post hanc traditionem. ipse comes predium illud de manu *abbatis Rûdmari* et *aduocati* recepit. ea conditione ut ipse usu fructuario quo ad usque uiuat fruatur, et monasterio census XII. denariorum ab eo annuatim persoluatur. Testes accesserunt. *Heinricus comes de scala. Fridericus aduocatus. Hademarus de chûfarn* et *filius eius Otto. Rudolfus de flaedize. Gotefridus de Tristnich. Marchward de baien. Albrant de machlant. Timo de huselin. Hartwicus. Mosbart. Etich. Manegolt. Eberhardus de chruge. Ôdalricus fuzse. Rudiger hase. Ainwicus. karolus de I zenisperg. Gotefridus de swanze.*

CCCXVII.

Et hoc notandum quod *Aspwinus ministerialis episcopi* dimidiam uineam apud *Chunihostetin* in altare S. Marie delegauit. Huius rei testes sunt. *Peringerus. Herbordus* et alii.

CCCXVIII.

Mandamus memorie fidelium quod *Albero de Ronnenberc ministerialis ducis* pro remedio anime *uxoris sue Chunigundis* beneficium apud *Nuligen* in altare S. Marie delegauit. Huius rei testes. *Heinricus. Werinhardus fratres eiusdem Alberonis. Heinricus de smerberch. Heinricus voneinvelde. Heinricus de Dietmaresdorf. Gerhardus de Nuemchirchen. Egilolfus de isenperch. Eberhardus de Zuins. Marchwardus de racza. Gerungus de ronnenberc.* et de familia *Wolfkerus de Naliub. Richper. Herbordus. Sigihardus. Ernist.* cum aliis pluribus.

CCCXIX.

Ne fiant occulta a filiis hominum. sed narrentur in generationes seculorum quod quidam homo de nobilioribus *Hademarus de anziberge* predium quoddam pro remedio anime *uxoris sue* quod *grideravwe* dicitur fratribus in kotwico tradidit. Quod predium *lûtoldus*

Digitized by Google

filius eius obeunte patre super altare sancte Marie secundo cum omnibus suis apendiciis delegauit. Huius rei testes sunt. *Otto de chupharen. Dietrich de hohenstûfe. Alrammus de hofdorf. Adelbertus de walprehtesdorf. Wezil de charlesperkh. Hugo de hunnedorf. Otto* et *frater eius Adelbero de kamzisepach. Wolfkerus* et *frater eius Heribordus de mûwerlingen. Otto guldin. Dietmarus chunnûlle. Wirnth de palt. Peringerus* aliique plures.

CCCXX.

Nouerint omnes fideles Christi. Quod quidam *Meginwardus de Grawaren* predium quoddam *tiuefintal* dictum. a *nobili uiro hartmanno* comparatum. delegari fecit in manus *Gebehardi de algersbach* eque nobilis uiri. sibi et filiis suis obseruandum. *Defuncto* ergo *Meginwardo filius eius perhardus* acceptis. L. marcis a domino *Chadalho kotwicensi abbate.* quidquid in predicto predio iuris habuit. culti et inculti agris. uineis. siluis. pascuis. aquarum decursibus. ad altare sancte Marie in kotwico tradi fecit. Que tradicio quia morte *Gebehardi* interueniente dilationes sustinuit filio eius *Dietrico* iure deuenit hereditario. Sane idem *perhardus* in presentia domini *Heinrici ratisponensis episcopi. Marchionisque Liupoldi* et aliorum nobilium. eandem traditionem cum manu *domini sui Heinrici de wolfrathusen* a *dietrico* in manus *Gebehardi comitis de piugen* transtulit. ea conditione. ut ipse eandem traditionem in altari sancte Marie in kotwico delegaret. Que traditio acta est sub testibus conscriptis. *Liupoldo marchione. Reginhardo de ancinberge* et *fratre eius herimanno de huntshaime. Hadimaro de chûfarn. Sigifrido* et *Hugone de witigeisdorf. Walthero de imzinesdorf. Gozwino de Gozinesdorf. Pernhardo de vrla. Odalrico fûzse. Werinhardo de sulze.* et *fratre eius Richolpho de widen.*

CCCXXI.

Vt in memori posterorum habeatur. et deuotio iustorum cum gratiarum actione et iugi obsecratione domino deo commendetur. presenti scripto notatur. quod *dominus fridericus aduocatus.* ob remedium anime *primogeniti sui qui ea die qua natus est innocenter obiit.* dimidium mansum ad *wizzenchirchen* cum omni iure quod ex officio iudiciario uel aduocatie eum attinuit. monasterio nostro tradidit Huius traditionis testes sunt. *Hartnidus de imcinesdorf.* et *filius eius*

Digitized by Google

Meginhardus. Heinricus de sancto Vito. Heinricus de chacinberch. Otto et frater eius Albero de gamcibach. Vlricus de estriz. Wirint de palt. et alii quam plures.

CCCXXII.

Digne in memoriam tam presentis quam future etatis hominum transferuntur donationes fidelium. ut posteris fiat ad robur confirmationis. curiosa memoria antiquitatis. Notum itaque cunctis facimus. quod *Chunradus* et *Gerungus de Rotenstain sororem suam in collegio sororum nostrarum suscipi optinuerunt.* ad cuius subsidium et aliorum deo hic seruientium predium eorum quod *Gunzinges* dicitur cum eisdem limitibus et terminis quibus quidam *Dietmarus* idem predium possederat super altare beate Marie tradiderunt. Huius rei testes sunt . . . . (desunt).

CCCXXIII.

Contra morbum obliuionis litteris affigendum censemus. qualiter *nobilis matrona Juta nomine de Gamizpach* in depositione *filii sui Adelberonis* uineam quam *iure ciuili aput santh* possederat. ob remedium anime sue *fratrisque sui Ottonis* super altare delegauit. Hii per aurem testes sunt asciti. *De Chůlůpe Dietricus ungarus. Liupoldus de akispach. et filius eius. Wirinth de palth. Herimannus. Richper. Peringerus. Sifridus.*

CCCXXIV.

Filiis qui nascentur et exurgent sub firmitate presentis scripte pagine constare uolumus. quod quidam *Engelschalcus de Rossazz.* ob remedium anime sue uineam kotwicensi contulit ecclesie. cuius post mortem *uxor eius cum filio Chunrado* eandem uineam delegatam ecclesie firmauit et ad tempus uite sue uxor tantum eam in feudo ad censum. XXX. denariorum recepit. qua decedente libere in usus redeat ecclesie. Huius rei testes sunt. *Otto de Radgenprun. Menhart de hanndorf. Hugo de Vuchav.* et *Heinricus filius eius. Heinricus de Rossazz. Chalhochus de Rossaz Wirntn de Velwen. Witigo de Chreuzpach. Ortolphus de vurt.* et alii plures.

CCCXXV.

Vt gesta preteritorum perueniant ad noticiam futurorum. instrumentis scriptorum efficatius agitur. Ea propter presentis pagine

Digitized by Google

testimonio future posteritati notificamus. quod *comes Sigboto de Herrantesteine.* presente *domino et advocato nostro. L.* (iupoldo) *duce austrie* in die exequiarum domini *Ôlrici de Vihouen* curiam suam in *Chruzsteten* ecclesie Chotwicensi iure forensi tradidit. eo tenore. ut idem comes et successores eius a fratribus et magistris eiusdem hospitalis quibus et curia seruit annuam pensionem. uidelicet. XII solidos perpetuo recipiant. Huius rei testes sunt. *ipse dominus dux L. Crafto de Amcinespach. Chadoldus de Seuel. Ortlieb de Winchel* et *Poppo de Gnage. Hugo de Maingen. Otto de Purchartesdorf. Ôlricus de stauze. Albero de Cebingen. Rudiger de Minnebach. Albertus de Phafstetin. Heinricus de Hertinsteine. Chalochus de Mulbac. Otto de Misswe* et *fratres eius. Vlrich de Chraneperch.* et frater eius *Sifridus. Vlrich loshart. Ortolf de clamme* et *fratres eius Poppo et Wigant. Vlrich de chunigesprunnen. Ludewich de Tribanswich.*

CCCXXVI.

Notum cunctis fidelibus facimus. quod *ego Rudmarus dei gratia kotwicensis dictus Abbas. Rudolfum de houelin* pro decimis quas pridem bonis suis siue uxoris sue *a domino Johanne predecessore nostro* adeptus fuerat. tam diu queremonia impulsaui. quoad usque idem ipse ueniret. et easdem decimas oblatione bonorum suorum etiam a nobis redimeret. sic autem. ut post decessum suum decime ille nobis libere cedant. Vt ergo deinceps ille nullam inpulsam sustineat. et ne nos ab aliquo posterorum eius iniuriam feramus. etiamsi filios genuerit hanc manu scriptam sigillo nostro signauimus. et testimonio uiuentium testium roboramus. Sunt ergo testes. *Chunradus frater eiusdem Rudolfi. Walther de gozinsdorf. Wolfkerus de hage. Sifridus de horinbach. Pertoldus de prunne. Wirint de palt. Vlrich de estriz. Vlricus sconlich. Meinher. Engilsach. Heinricus.*

CCCXXVII.

Notum sit tam presentibus quam futuris. quod quedam *uenerabilis matrona de Chûpharn.* nomine *Elisabeth cognomento Zvllinne.* ob remedium anime sue *maritique sui Chunradi Zvll. filiique sui eiusdem nominis.* uineam in *Gerratstorf* sancte dei genitrici Marie in kotwico potestatiua manu delegauit. Huius rei testes sunt. *Otto de Walde* et *nepos eius Euander. Albertus de Copherberch. Albero*

Digitized by Google

smirl. Hugo de Vuchav. et *filius eius Heinricus. Chunradus Tverd. de Chůpharn.*

CCCXXVIII.

Ne qua litis suboriatur tumultuatio. rata testium calamique adhibenda est roboratio. Notum sit igitur cunctis huius ecclesie filiis qualiter dominus *Hademarus de chůfarn* assentiente *filio suo Ottone.* delegauit super altare s. Marie predium ad *molte.* ea uidelicet conditione. quoad usque ipse aduixerit. annuatim censum XII. denariorum persoluat. ipso autem obeunte fratres monasterii illud iure proprietatis possideant. Huius rei testes sunt. *Dominus Otto de Ramsperch filius supradicti H. Hademarus de murrstetin. Vlricus de uiedorf. Durinch de ode. Heinricus de hage. Hiltibrant de dunnuurt.* et *Otto* et *Heinricus. Heinricus* et *frater eius Perhtoldus pretaer. Heinricus de graben. Otto* et *Heinricus de Anzinberch. Otaker* et *Alram de chufarn. Walchunus de winpozzing. Otto de Hartwicstain. Meinhardus de s. Laurentio. Otto de Salmansliten.*

CCCXXIX.

Ipso die sub prescriptis testibus. predictus *Otto de ramsperch* ob remedium anime dilecte *coniugis sue* (*Chunigunt* supra script.) tradidit super altare S. Marie. predium *Egigne.* et VIII. mancipia ob censum. V. denariorum annuatim persoluendum.

CCCXXX.

Item sub ipso die *Hiltibrandus de dunniuurt.* delegauit super altare s. Marie sub prenominatis testibus dimidium mansum in *irnboldeswisen.* ad censum XII. denariorum quoad ipse uixit persoluendum.

CCCXXXI.

Vt nobis exhibita pia fidelium deuotio. calami roboretur testimonio. posterorum memorie litteris commendamus. quod *Ődalricus* quidam *miles de minnebach* cognomente *sůhel* uineam nobis apud *nuzdorf* cum legitimo agro suo in proprietatem tradidit. pro remedio anime eius et uxoris sue. Hanc in die sepulture eius ut ipse rogauerat *Tůta de minnebach* cuius dispensator fuerat. delegauit super altare. S. Marie. Huius rei testes sunt. *Růdigerus de Richerisdorf. Hartnidus de minnebach. Herwicus. Wernherus. Rudolfus. Hartnidus.*

Digitized by Google

Leo de nuzdorf. Hartwicus. Heinricus filii ebergeri de nuzdorf. Chunradus. Gotfridus. Ôdalricus. De familia nostra *Heinricus de palt. Eberhardus de ratoltsdorf. Pertoldus dornator. Heribordus cocus. Heinricus uillicus. Rudolfus.*

CCCXXXII.

Notum sit tam presentibus quam futuris quod quidam *Chunradus de Wesilndorf* consentiente *uxore sua Alheit* uineam *apud. S. Margaretham Mutarn* cultam. S. Marie loco kotwicensi ob remedium anime sue post obitum suum seruituram tradidit. sub his testibus. *Wirint de velwin. Herdegin. Heinricus herfcastil. Otto piscator. Rudolfus crucifer. Liupolt. stâber.*

CCCXXXIII.

Vt erga nos habita opera pie deuotionis. ad noticiam perueniant future generationis. officia litterarum sunt adhibenda. quatenus debitorum nostrorum memoria fiat solempnior. et sub scriptis testibus ipsarum nobis rerum traditio sit firmior. Nouerint igitur omnes ecclesie filii. quod *miles quidam ex familia. domini. O. de minnenbach* nomine *Werinherus* in lecto obitus sui uineam nouelle plantationis. nobis pro remedio anime sue. et omnium parentum suorum tradidit. Hanc in die sepulture eius *uidua eius nomine Ellisa.* et *filius eiusdem uidue nomine Albertus. priuignus scilicet defuncti.* iure proprietatis super altare beate Marie deligauerunt. sub testibus. quos in presenti subiunximus. *Chunradus canonicus. Riwinus de saliginberge. Rudigerus de richersdorf. Heinricus Zwaimam. Heinricus bauuarus. Rudigerus cellerarius. Werinhardus de minnebach. Werinhardus de fuhsprunn. Chunradus Zant. Albero. Dietmarus de minnebach. Albero frater eius de Kottans.*

CCCXXXIV.

Vt pia fidelium deuotio prompto fauoris teneatur studio. litterarum nobis assumimus testimonia. ut exhibite nobis deuotionis beneficia. nunquam a successorum nostrorum officiosa deleatur memoria. Nouerit igitur prudens generatio querentium ueritatem et in auribus filiorum loquens transmittat ad omnem nepotum suorum posteritatem. quod quedam *matrona nomine Judita filia Ottonis de Churnberg uxor Heinrici de Charlstetin.* beneficium quoddam apud uillam

Digitized by Google

Chraulingin super altare S. Maria in Kotwico delegauit. pro remedio anime sue in memoriam *uiri sui* qui morte immatura obierat. Facta sunt ista consensu et fauore *Perhte matris et Chunradi fratris et Alheidis sororis eiusdem Heinrici* XIIII. K. Jañ. feria VI. quatuor temporum infra aduentum domini. Indictione XI. *in die sepulture eiusdem Heinrici.* Anno incarnationis domini Mill. CC.VIII. in presentia *domini Wecilini abbatis* sub testimonio subscriptorum testium. *Menhardus de Ymezinstorf. Otto de Anzenberg. Albertus de Wochingen. Otto de Huselin* et *frater eius Chunradus. Hermannus flaemich. Chunradus Isenputil. Chunradus de Husen. Heinricus de Vorchnuelde. Eppo de Charlstetin.* De familia *Menhard de Palt* et *Eberhardus. Chunradus Zulle de Chufharn. Chunradus Walde de Hirzperge.*

CCCXXXV.

Nouerint fideles Christi tam presentes quam futuri. quod *Ditmarus de wisindorf.* ecclesie Kotwicensis uillicus. predium suum in *sunzenprunn.* quod hereditario iure post mortem *auunculi sui Ditmari* ad eum deuolutum erat. quod et in concilio *ducis. presente aduocato Wichardo* iuris sui fuisse legitimis adtestationibus conprobauerat. ecclesie kotwicensi. et fratribus illius ecclesie in proprietatem tradidit. hac condicione. ut ecclesia ius proprietatis possideat. et *filii eius duo. Ditmarus et Pitrolfus.* sub nomine ecclesie in feudo habeant. et annuatim tres solidos ratione pensionis persoluant. Hoc factum est anno dominice incarnationis. Millessimo CC.XVI. presente *Wezilino abbate* pluribus presentibus et testibus. *Gerhardo. Ernesto. Heinrico. (Hatto). Ditmaro. Marchwardo.* et *Vlrico.*

CCCXXXVI.

Eorum que agenda sunt circa ecclesiarum commoda. intuitu mercedis diuine. principum debet accedere diligentia. ut tam presentia quam futura in debita firmitate ualeant permanere. Inde est quod uniuersitatem tam presentium quam futurorum scire uolumus. quod *abbas Gotwicensis* de *Vlrico* et *fratre suo Heinrico de Chyrchlinge* queremoniam *(duci)* mouit. quod de monte *Regelnperge.* qui est in proprietate eiusdem ecclesie ratiocinationes de iure montis. in preiudicium ecclesie sue indebite sibi usurpassent. et causa ex utraque parte diligenter coram nobis tractata. sententia pro abbate lata fuit.

Digitized by Google

ex quo proprietas montis ad ipsum spectaret. etiam ratiocinationes ad ipsum spectare deberent. Postmodum uero utraque pars in hoc conuenit quod ea que per iudicium et sententiam erant decisa. etiam per arbitros amicabili compositione pro bono pacis deciderentur. Arbitratum est itaque. quod abbas predictus fratribus predictis XXX libras wiennensis monete persolueret. et fratres predicti iuri montis illius et aduocatie quam in possessionibus eiusdem ecclesie in *uilla Chunehostetin* sibi usurpauerant penitus abrenuntiarent. quod ab utraque parte factum nobis constitit. hoc superaddito quod ad maiorem firmitatis cautelam. fratres compromiserunt. si de eodem iure pro quo transactum est. aliqua controuersia oriatur. ipsi fratres de consilio nostro eandem controuersiam sopire teneantur.

(Explicit Codex Tradit: A. —
sequuntur Traditiones ex Codice B.)

CCCXXXVII.

Notum sit cunctis fidelibus. quod quidam *Ladai.* N. ob furtum quod fecit et incendium tradidit agrum ad altare S. Marie iuxta *Crucesteten* in manu *uxoris sue et filii sui* sub his testibus. *Liuzo. Snello. Ekkihart. Riwin. Izo. Sigifridus.* aliusque *Sigifridus. Wizelin. Zeizo.*

CCCXXXVIII.

Notum sit ecclesie filiis tam presentibus. quam futuris. qualiter *Hadamarus de kunringin filius Nizonis* pro remedio anime *Gerdrudis uxoris sue* delegauit super altare S. Marie predium suum in uilla que *Chůnendorf* dicitur positum. cum omnibus appendiciis. cum aquis. cum pratis. cum siluis et ceteris huius predii pertinentis. (sic). *astante fratre suo Piligrimo et patruelibus suis. Adalberone et Heinrico.* Vineam quoque in *uilla Cremesi* sitam . . . . . ad *hospicium pauperum* tradidit. Huius tradicionis testes tracti sunt hii. *Piligrim frater eius. Engilscalch. Wolfker. Dietrich filius eius Adalber. Heinrich. Ingram. Huc. Adalram. Marchuuart. Egin.* et *ciues Cremsenses. Erempreht. Otto. Grůzil. Otto. Wolfker. Rudiger.*

CCCXXXIX.

Notum sit omni ecclesie tam presenti quam successure qualiter quidam homo bone voluntatis *Bertoldus* nomine cum consensu et in presentia *domini sui Wolfkeri de grikkigin* delegauit

Digitized by Google

mancipia quedam in manum *uiri ingenui Trutheri* deleganda nichil minus quo ipse petisset. Quod et idem fecit delegans scilicet in manus *Hermanni nobilis uiri.* qui potestatiue eadem tradidit ad altare S. Marie. quedam pro censu. V. denariorum annuatim. quedam ministerialium iure. Que ut perpetim inconuulsa permaneant. huius traditionis testes hi stant. *Reginhart et frater eius Walther. Truther. Aribo. Wichart.* Inuestiture *Reginhart. Truther.* Hec sunt mancipia. Hartuuich et due sorores eius. Gisila. Wirat. ministerialium iure. Si autam aliqua ex his in dissocietatem nupserit. V. denarios persoluat. Richpurhe et filius eius Odalricus. Christina et filii Reginmůt Hicila unum quodcunque ob censum. V. denariorum.

CCCXL.

Notum sit cunctis ecclesie filiis. qualiter quidam *clericus de familia S Stephani nomine Albuuinus* tradidit super altare S. Marie quoddam molendinum *ad Chamba* situm. Et hi testes ex more per aurem sunt adtracti. *Meginhardus et frater eius Heidenricus. Durinch. Marchwardus. Wilant de diuphusin. Hartmůt de gozinisdorf. Piligrim et frater eius Werigant. Otto. Riuuin. Azelinus. Heinricus.* Inuestiture *Heidenricus* et *Meginhardus.*

CCCXLI.

Alio quoque tempore *idem Albuuinus* delegauit super altare S. Marie uineam unam *ad Cremesi* sitam et mancipium quoddam. N. Wirat. iure ministerialium. his testibus adhibitis. *Bertoldus de piriboum. Tiemo de Winchilarin. Ebirgir* et alii quam plures.

CCCXLII.

Hoc quoque notum sit cunctis quod quidam uir nomine *Gotescalch de Werda* tradidit predium suum quale ipse ibidem habuit ad altare S. Marie in usum deo hic seruientium. Huius rei testes per aurem sunt adtracti. *Perhart. Gozwin. Dietpolt. Adalbero. Tiemo. Volrat.* Inuestiture *Gozuuin.*

CCCXLIII.

Nouerint uniuersi matris ecclese filii quod quidam *ingenuus uir.* nomine *Heidenricus de Awa* delegauit predium quoddam situm in loco *Pôcha* dictum *secus erlaha* presentibus *filiis suis.* super altare

Digitized by Google

S. Marie *pro remedio animo filii sui qui eodem die condebatur* et omnium parentum suorum in usum deo hic seruientium. Huius rei testes sunt. *Wolfkerus de herlaha. Bertoldus. Meginhardus. Heidenricus. Hartmůt. Chůno.* Post obitum uero patris filii eius eandem delegationem super idem altare. eodem modo exsoluerunt cum testibus.

CCCXLIV.

Nouerint uniuersi sanguine Christi redempti. qualiter quidam *libere conditionis homo* uocabulo *Reginhart de Semftinbach* delegauit ad altare S. Marie mancipium quoddam. N. Friderun. cum filiis suis Arnoldo. Diemůt. Berhta. Ǒspirin. et omni eorum posteritate. ob censum V. denariorum. Huius rei testes sunt. *Walther de Treisma. Heidenric de eodem fluuio. Ekkirich de Chufarin. Reginger* et *filius eius Reginger.* Inuestiture *Walther. Heidenrich.*

CCCXLV.

Notum sit ecclesie filiis. quod quidam *ingenuus homo Chunradus* scilicet *de Wirmla* tradidit super altare S. Marie predium *sunzinprun* dictum potestatiua manu in usum fratribus hic deo seruientibus. Huic traditioni adstabant testes hi. *Walther de treisma. Adalbertus de Werda. Walther de gozindorf. Rudolfus. Gerunch.*

CCCXLVI.

Notum sit etiam quibusque sanguine Christi redemptis qualiter *Herimannus filius Herimanni quondam nostri aduocati de Ratlinberge* delegauerit super altare S. Marie *dotem cum ecclesia ad mura* et quicquid ipse ibi proprio iure possidebat post obitum *Guntheri presbiteri inibi degentis.* in usum fratrum hic deo famulantium. Huius delegationis testes ascripti tenentur. *Sigihardus. Durinc. Ǒdalricus. Chunradus. Adalbertus. Rathart. Reginhardus.*

CCCXLVII.

Notum sit cunctis ecclesie filii. quod *dominus Reginmarus patauiensis ecclesie episcopus* tradidit ad altare S. Marie quandam uineam apud *Huntesheim* sitam pro commutatione alterius uinee quam ipse mutuo ab *abbate* accepit quam etiam idem *episcopus Herimanno* dedit in beneficium. Huius mutue traditionis testes isti ex more per aurem sunt adtracti. *Otto de Machlant. Werinhardus de iulbach. Heinricus de Purchstall. Porin. Heriman. Heinricus.*

Digitized by Google

CCCXLVIII.

Notum sit cunctis tam presentibus quam futuris. qualiter quidam *ingenuus homo. N. Rudigerus* cum manu *uxoris sue Irmgarde* delegauit predium suum duas scilicet uineas apud *Pouingarten* sitas super altare S. Marie ea conditione. ut illorum quicunque uita excesserit primitus, tum quoque uinea una cedat fratribus. Post amborum obitum utreque uinee maneant fratribus hic deo seruientibus. Huius traditionis testes per aurem sunt hi adtracti. *Hartuuich. Herimannus* et *filii eius Půlo* et *Herinan. Engilpreht de ror. Marchwart. Adalo. Zeizo. Rudolfus.*

CCCXLIX.

Notum sit cunctis Christi sanguine redemptis quod *quidam de familia s. Stephani.* N. *Piligrimus* tradidit super altare S. Marie quoddam mancipium. N. Chunrat cum filiis suis. ob censum V. denariorum annuatim soluendum his adhibitis testibus. *Werigant frater eiusdem P. Zeizo. Otto. Liupoldus.*

CCCL.

Notum sit omni ecclesie quod duo *germani fratres. Nantwicus* et *Otto.* predium suum tradiderunt super altare S. Marie. V. beneficia et dominicale post obitum suum ad *Plintindorf* ea scilicet ratione ut si aliquis propinquus ipsorum illut redimere uellet. XXX. marcas daret. Vnde ne ulla contradictio de hoc in posterum oriretur. prenominatus *Otto ierosolimam iturus in placito domini L.*(iupoldi). *marchionis* hoc idem denuntiauit. et presentes fuerunt *Adalbertus aduocatus. Adalbertus comes de piugin. Ernist de chuliub. Otto* et *fratres eius de machlant. Gerolt de Elsarn. Chadolt de okkilsdorf. Walchun* et *frater eius Chunradus. Starfrit* et ceteri quam plurimi.

CCCLI.

Anno ab incarnatione domini. Mill. C. XXX. I. indiccione IX. *Rudolfus archipresbiter* predium suum iuxta *Woluispach* in loco qui uocatur ad *chirchstetin* delegauit ad altare S. Marie. post obitum suum seruicio fratrum cedendum. ea uidelicet conditione ut (nec) presens abbas nec quisquam successorum suorum potestatem habeat cuiquam illut in beneficium prestandi uel commutandi. Quod si hec conditio

Digitized by Google

transgressa fuerit. proximus heres eius, denario super altari posito, predium in proprium ius trahat. Huius allegationis testes idonei per aurem hii sunt adsciti. *Meginhardus de chufarin. Hartmut.* et *Gozwin de gozinisdorf. Poppo. Piligrim. Erchinger. Hertinc. Wigman. Liupolt. Ekkirich. Eberger.* Inuestiture *Meginhardus. Hartmut.*

CCCLII.

Simili modo et *Guntherus presbiter frater eiusdem Rudolfi* omnes traditiones prediorum et mancipiorum quas antea delegauerat sub prenominatis testibus equa conditione renouauit.

CCCLIII.

Sub eisdem testibus *idem Rudolfus* delegauit ad eundem tytulum quatuor mancipia pro censu. V. denariorum et horum sunt uocabula. Wigman. Altman. Berhta. fromůt.

Delegauit *idem R.* ad eundem titulum et sub eisdem testibus *in predicto loco* predium, quod sibi *Liutkarda cognata sua in extremis posita* illuc tradendum delegauerat. pro remedio scilicet anime sue et *uiri sui Porin.* et omnium parentum suorum.

CCCLIV.

Quidam de *familia sancti Stephani Wecil* dictus. ante plures annos. *eidem Rudolfo* predium quantitate dimidii mansus pro pecunia exposuerat. quod ipse similiter sub prenominatis testibus ad altare S. Marie exposuit. ea uidelicet ratione. ut si quis propinquorum eius predium recipere uellet. duodecim marcis. et ut sielis redimeret.

CCCLV.

Eodem anno quidam *Hoholt de ministerialibus Liutkarde comitisse de Ratilberge* delegauit cum manu *filii sui Chůnradi* mansum unum *aderlah* in manus aduocati nostri *Adalberti* delegandum ad altare S. Marie. Huius rei testes sunt adsciti. *Chadolt de okkilsdorf. Meginhart de Awa. Guntherus. Chunradus filius eiusdem Hoholdi.*

CCCLVI.

Anno eodem tradidit *Ernist de Chuliub* quoddam predium ad *vochlinisdorf* situm. rogatu *Einuuici clientis sui.* cuius erat idem predium quantitate duorum beneficiorum. pro dominicali uno ad

Digitized by Google

sciltpach sibi uicissim tradito. Hoc confirmatum est per sanctorum reliquiis (sic) presente *aduocato nostro Adalberto* ceterisque nobilibus uiris in testimonium adscitis. Quorum hec sunt nomina. *Hartuuich de lenginbach. Otto* et *frater eius Bertoldus de lautisdorf. Hartwich de Rudnich. Engilscalch de wanstale.*

CCCLVII.

antiquitus prefixis terminis earum quas bone memorie *Altmannus* episcopus et post eum successor ipsius *Ůdalricus* super altare S. Marie in monte *Kotwigensi* delegauerunt et prouidendas eas fratribus ipsius loci commiserunt, ob spem eterne mercedis ecclesiastica auctoritate confirmaui, et ne quisquam ex eis aliquid infringere audeat, uel inminuere ualeat, sigilli mei impressione signaui. Hii sunt ergo termini parrochiarum *Kotwigensi* cenobio traditarum. Parrochie terminus ad *Mvtarn* de *chlebidorf* recta linea ad *tuirgidin*, de *tuirgidin* ad *chůfarin* in fontem ibi manantem, inde recta uia per *Eginindorf* in *flaidnize*, de *flaidniza* usque *Tiemindorf*, inde ad *scoingin* usque ad uillam *Ekkibrethisperc* dictam, et sic per unam curtem ipsius uillule usque ad *Karlistetin* in fontem inibi prope manantem, inde ascendit siluam usque ad *chirchperc*, de *chirchperge* in *poginpach*, de *poginpach* in *fisilpach*, de *fisilpach* in *pigartinpach*, de *pigartinpach* usque in *Achispach*, et descendit de *Achispach* usque in *danubium* et sic per *danubium* usque ad predictam uillulam *chlebidorf*, unde idem terminus exurgit. Capellam S. Margarete ad *Mutarin* cum dote ad eam pertinente, et murale in quo capella S. Agapiti. *Mulibach* parrochie terminus a ponte qui dicitur *Ziůnza*, cum uillula que proxima est nomine *straza*, et inde descendit usque *Gerrichistal* inde ad uiam que uocatur *Plechuntirwech*, inde *wirindindorf*, et inde a porta *Gnannilinis* predia liberorum recta linea usque *Perehardesstich*, et inde usque *tichmannes*, inde rursum super *habichispach*, et de *habichispach* ad pontem, in primis nominatum *Ziůnza*. Parrochiam ad *Naliub* cum ecclesia ad *Phaffindorf*, et dote earundem ecclesiarum, et decimatione uillarum ad easdem ecclesias pertinentium, quas nobilis uir *Wolfkerus* ut ipse ab episcopio habuerat eidem cenobio tradidit in proprium ius, pro remedio anime sue, ea conditione, ut ab eis in dei seruicio prouideatur, et de fratrum utilitate nullatenus auferatur. Parrochiam ad *S. Petronellam* cum dote, et ecclesiam ad *Houilin* cum dote et ipsarum ecclesiarum termino antiquitus prefinito, cum decimatione de omni beneficio *Dietpoldi* marchionis infra *vischa* et *litaha* posito, ex omnibus uillis pertinentibus ad ecclesias *Heimpurch*, *Petronellam*, *Houilin*, *Aschirisprucca* cultis et postmodum colendis, quibus primo inuestita est hec ecclesia a bone memorie *Altmanno* episcopo, et decimatione de *Hasalowa* et de *Diuptal*, que infra terminum sunt *S. Petronelle*, et ultra *danubium liubmannisdorf* et *Wizilinisdorf* tres mansus, quos dominus *Sigehardus* aquilegensis patriarcha Domino *Altmanno*

Digitized by Google

episcopo in concambio tradidit, cum decimatione de eisdem uillis. Parrochie in loco, qui dicitur *Chotans*, apud *Grie*, terminus est de *Chalchgrůbi* usque in *obizarbach*, de quo super *Swarziperg* usque ad quandam uillulam *Narchonis* que infra eundem terminum est, inde usque in amnem qui *fuestriz* dicitur, deinde ad cuiusdam *nobilis* predium *Gerunc* dicti pertinentis ad uicinam parrochiam *Witin*, inde ad quorundam predium *Ottonis* et *Perhtoldi*, marchionis *Liudpoldi* ministerialium, que sunt infra predicte parrochie terminum. Inde in amnem, qui *scyi* uocatur, et omnem circumiacentem siluam cultam usque ad caput riui minoris *Chremise*, de minori *Chremisa* usque ad maiorem *Chremisam*, uersus *boemiam*, siluam ultra *chremisa* positam, deinde iterum eandem siluam cultam et incultam usque ad cauum lapidem, qui lingua rustica *Tiuveleschirche* dicitur, et rursum quo minor *chremisa* maiorem *chremisam* influit terminatur. Parrochie ad *Chuliub* terminus uersus occidentem inter allodium marchionis *Liudpoldi* et quorundam nobilium descendens a montanis in *cebirmar*, inde ad *smidibach*, iuxta quem riuum ascendit ad uillam *smidibach*, inde uadit *sceit* ad uillam Heimonis, dehinc ad *moissinbach*, quem descendit ad riuum *Huriwin*, et hunc usque ad *sirnicha*, quem descendit ad *radwanasbach*, et hinc ascendit usque ad tumulum qui excreuit super *wagrein*, inde eandem altitudinem uadit ad caput *Edilize*, inde ad proximum montem, qui pertinet ad *Hovistat*. Hinc descendit iuxta *chrebizbach* in *pielaha*, quem transit recto limite ad *scintilecca*, inter duo allodia marchionis *Otachari* et *Piligrimi*, inde recta linea ad *Richinsceit*, deinde ad caput *Pielaha*, inde per altitudinem montanam transit super *steinberch*, et de *steinberch* inter allodia marchionis *Liudpoldi* et quorundam nobilium reuertitur in riuum *cebirmar*. Quicquid infra hec iacet culti et inculti, ad ecclesiam *Chuliub* pertinet. Parrochia ad *Pyricha* terminum uersus occidentem *Treisimam* fluuium ab ortu suo usque ad uillam *s. ypoliti* habet, et inde uiam septentrionalem que ducit de *s. ypolito* ad *mehtyris* per uillam *wagrein*, et per siluam que uocatur *vorahach*, deinde ad uillam *sibihirtin*, deinde inter duo allodia *Williberti* et *Waltonis* in uillam *Tuirin*. uersus orientem *Persnicham* ab ortu suo usque ad uillam *tvirin*, uersus australem partem semitam que uocatur *Pechstich* inter confinia allodiorum *Marchionis*, *Haderici* et *Rődolfi*, et ita uersus *carinthiam*, quicquid infra hos terminos est culti et inculti, ad parrochiam *Pyricha* pertinebat. Ob cuius latitudinem necessitate ductus ego *Reginmarus* dei gratia patauiensis epis-

Digitized by Google

copus, ecclesiam in loco qui *Michilpach* [2]) dicitur construere feci, et a me ipso dedicatam cum termino eidem tunc ecclesie inibi prefinito fratribus in loco *Kotwicensi*, deo et s. Marie seruientibus pro diuina remuneratione contradidi. Terminus autem eius *Michilpach* fluuius, hinc ascendit per *Sceit*, et transit in *Cherspoimespach*, quem iterum descendit in *Goelssana* fluuium, et hinc ascendit in *halbach*, quem iterum ascendit ad caput *halbach* uersus *carinthiam*, et de ortu *halbach* per transuersum in australem partem quicquid culti et inculti iacet inter confinia allodiorum *Rôdolfi* et *Haderici* nobilium ac *marchionis*, per semitam que uocatur *Pechstich*, uergit in orientem. Ut deinceps uero hec mea et omnis antecessorum meorum traditio rata permaneat et inconuulsa, sigilli mei hac obsignatione per me est stabilita. Insuper ad *Mura* [3]) est ecclesia S. Marie, cum omni sua ibidem et ad *vrsprinc* dote et decimatione ex predio inibi sito Nobilium *Ekkeberti, Dietrici, Odalrici* et *Herimanni fratrum* absque diuisione. Si quis igitur ex his que ego *Reginmarus* dei gratia episcopus uel antecessores mei S. Marie et fratribus deo in *Kotwicensi loco* militantibus contulimus et firmauimus, aliquid abstulerit, inminuere uel infringere temptauerit, uinculo sit anathematis obligatus, ac nisi cito resipuerit diuini examinatione iudicii sit perpetuo damnatus.

[Loco Sigilli impressi.]

Das Siegel ist in zwei Stücke gebrochen, die sich noch an der Urkunde befinden.

1, 2, 3) Vergl. die Noten zum Saalbuche Nr. CCXVI. IX. CXV. CCCXLVI.

Von dieser Urkunde Reginmar's hat Bischof Leonard von Passau im Jahre 1440, am 23. December ein Transsumt mit weitläufigem Eingange und Schlusse dem Abte Thomas von Göttweig ausgefertigt, bei Gelegenheit eines Streites über die Zehentgerechtigkeit auf den Neubrüchen in der benachbarten Pfarre Ober-Welbling (Obernwellnimpk). Dieses Transsumt ist mit Weglassung des Einganges, aber Beibehaltung des Schlusses in Hormayr's Archiv für Geschichte, Statistik u. s. f. XIX. Jahrg. 1828. Seite 583—84 aufgenommen und bei der Jahrzahl statt Quadringentesimo (wie es im Transsumte heisst) ohne weiteres Centesimo — 1140 für 1440 — gesetzt worden.

Auch in der Überschrift, loc. cit. heisst es unrichtig: „Bischof Reginmar von Passau, der diesen Sitz von 1121 bis 1140 inne hatte" u. s. w. — Reginmar starb schon im Jahre 1138 (30. Sept.), wie fast alle österreichischen Annalen angeben. (Vergl. Ph. Jaffé, Geschichte des deutschen Reiches unter Konrad III. — S. 290. 10. Zeile v. unten.)

Die Einreihung dieser und der vorausgehenden Urkunde Reginmars zum Jahre 1124 ist nur muthmasslich und beruht auf dem Concepte des II. Tom. Chronici Gottwicens, wo beide unter die Acta Abbatis Nanzonis († 1125. 5. Febr.) gesetzt sind.

Digitized by Google

X.

1130, circa. — Perhard von Stadersdorf entsagt gegen Empfang von zwei Talenten allen weiteren Ansprüchen auf einige Diensteigene des Klosters, in die Hände des Bischofs Reginmar von Passau, der diese Abfindung mit seinem Siegel bekräftigt und sichert.

[Original.]

Notum sit cunctis Christi sanguine redemptis, qualiter controuersia illa que inter nos et *Perhardum* de *stavdratisdorf*[1]) pro quibusdam mancipiis fuerat, que sui beneficii ab episcopo diu affirmauerat, iam tandem sit definita. Nam eadem mancipia episcopus *Altmannus* a *Razone*, suo quondam procuratore, aliis mutuaverat, sed iniusta querela *Perhardi* fratres istius loci commoti, et mancipiis et aliis rebus sepius stabilierant. Tandem uero, quamuis iniuste, idem *Perhardus* recipiens a nobis duo talenta, de predictis mancipiis in manum domini *Reginmari* patauiensis episcopi se abdicauit et hoc idem episcopus, ne ab aliquo posterorum eius infringeretur, sigillo suo obsignauit.

[Loco Sigilli impressi.]

Das bischöfliche Siegel ist im guten Zustande.

1) Stadersdorf bei St. Pölten. (Siehe Saalbuch Nr. II. CCLXIV; ferner Raim. Duellii Excerpt. geneal.-hist. — Index: Staudersdorff.)

XI.

1139, 9. April. Rom, im Lateran. — Papst Innocenz II. stellt auf Ansuchen des Abtes Chadalhoch das Kloster Göttweig unter den Schirm und Schutz des h. Petrus.

[Codex Privilegiorum, fol. 318. verso.]

Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dei Dilecto Filio Chadalhoch, Gottwicensi Abbati Eiusque Successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem noscitur pertinere, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Et quidem si religiosorum virorum postulaciones debita benignitate admittimus, nostris procul oportunitatibus clementem dominum reperimus. Huius rei gracia dilecte in domino fili *Chadalhoch Abbas* precibus tuis apostolica mansuetudine duximus annuendum, et *Gottwicense* Monasterium, cui auctore deo preese dinosceris, cum omnibus ad ipsum pertinentibus sub beati Petri tutela et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes . . . etc.[1])

[Loco signi rotundi cum Cruce. „Adiuva nos Deus salutaris noster.“]

Ego *Innocentius* katholice ecclesie Episcopus subscribo. [Monogramma litterale.]

Digitized by Google

Datum *laterani* per manus *Almerici* Sancte Romane ecclesie diaconi Cardinalis et Cancellarii, V. Idus Aprilis. Indiccione II. Incarnacionis dominice Anno Milesimo centesimo tricesimo nono. Pontificatus uero domini *Innocentii* II. pape anno decimo [2]).

Die Originalurkunde dieses päpstlichen Schirmbriefes muss im Jahre 1447 noch vorhanden gewesen sein, da das runde Zeichen links, und das Wortmonogramm rechts, im Codex Privilegiorum, loc. cit. genau abgezeichnet sind.

1) Von hier weiter folgen die Anordnungen der vorausgehenden Bullen von 1099 und 1105 fast wörtlich.

2) Das X. Pontificatsjahr des Papstes Innocenz II. (gewählt 1130, 14. Febr., geweiht 23. Februar) reichte vom Februar 1139 bis 1140. — Er starb 1143, 24. September.

XII.

1140, circa. — Eine Angehörige des Stiftes Kremsmünster wird vom Schirmvogte Ottokar mit Einwilligung des Abtes Ulrich, zum Altare der h. Maria in Göttweig übergeben, als Ersatz für einen getödteten Ministerialen, mit der Bedingung, dass sie da im gleichen Dienstverhältnisse stehe, wie früher in Kremsmünster.

[Original-Traditions-Urkunde.]

Notum sit omnibus Christi fidelibus qualiter mulier quedam nomine *Richkart* ex familia s. Agapiti mutuo tradita sit super altare S. Marie in *Kotwico*, pro alio eiusdem ministeriali occiso. Hec autem traditio facta est per manus *Ottaker* [1]) aduocati, bona uoluntate domini *Ôdalrici* [2]) abbatis connivente, eo tamen pacto et iure, quo prius sancto Agapito subesse solita erat, utpote de melioribus ministerialibus orta. Huic rei testificantur. *Walther* de *treisim* [3]), *Engilschalch* de *Vra* [4]). De ministerialibus aduocati. *Helmhart. Pillunch.* De familia s. Agapiti. *Engilger* et frater suus *Prun.*

[Loco Sigilli impressi [5]).]

1) Ottokar VII. (V.) Markgraf von Steier, 1129—1164.

2) Abt Ulrich II. von Kremsmünster 1132—1147.

3) Siehe Saalbuch Nr. CLXXXVI. CCLVIII.

4) Vergl. Urkundenbuch für die Geschichte des Benedictiner-Stiftes Kremsmünster 1852. Nr. 36. S. 36—47, wo Poppo et fratres sui Otto et Engelscaleus de Urach unter den Zeugen einer Urkunde vom J. 1174 vorkommen.

5) Das aufgedrückte grosse runde Siegel zeigt einen Abt mit dem Hirtenstabe in der Hand und der Umschrift † ABBAS·SANCTI·AGAPITI·MARTIRIS·

Digitized by Google

XIII.

1141. — Bischof Reginbert von Passau weihet die Kirche zu Gross, bestimmt sie zur Pfarre, weiset ihr die Grenzen an, und gibt dazu den bischöflichen Zehent zu Nondorf in der Pfarre Sizendorf, und von Beigarten; zugleich bestätiget er dem Stifte alle früheren Schenkungen seiner Vorfahrer.

[Original.]

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis, quod ego *Reginbertus* dei gratia patauiensis episcopus, Anno dominici incarnationis Mill°. C°. XL°. I°. indictione IIII^a^. dedicaui ecclesiam *graze*[1]), ea uidelicet ratione, ut sub termino prediorum *Wichardi* de *schriche*, et post eum *grimonis*, homines siti uel possessionem habentes, baptismum, sepulturam, et cetera christianitatis sue sacramenta in eodem loco accipiant. Siquidem cum ego prefate patauiensis ecclesie episcopus *Reginbertus* in die dedicationis eiusdem ecclesie homines antiquissimos termini predicti sacramento constrinxerim, ut terminos legitime discernerent. Nichilominus etiam de uilla *Niwendorf*, sita in parrochia *sicindorf* omnem decimam ad me episcopali iure pertinentem eâdem auctoritate confirmaui. Preterea in uilla, que dicitur *bigartin*, de predio *dietmari* decimam nostri iuris simili modo dedimus. Hec itaque, que ego in nostro tempore, et reliqua, que uenerabiles episcopi antecessores mei, uidelicet *Altmannus*, *Ôdalricus*, *Reginmarus*, pro salute anime sue fratribus *Kotewigensis cenobii* dederunt, et auctoritate episcopali stabiliendo confirmauerunt, ego quoque sperans partem eterne beatitudinis me cum eis habiturum similiter confirmo. Et ut huius confirmationis sententia stabilis et inconvulsa maneat, sigilli nostri inpressione sancimus. Si quis igitur nostre auctoritatis confirmationem infringere presumpserit, uel uiolare uoluerit, sub anathematis maledicto perpetue pene periculo damnetur.

Das grosse ovale Siegel ist leider schon in zwei Stücke zerbrochen, wovon der obere Theil mittelst einer feinen Hanfschnur noch mit der Urkunde zusammenhängt.

1) Vgl. Saalbuch, Tradition Nr. CXXXVI.

Digitized by Google

XIV.

1152. December. Salzburg. — Erzbischof Eberhard von Salzburg beurkundet, dass vor ihm als päpstlichen Schiedsrichter, die Äbte Wernher von Göttweig und Luther von Rot ihren langjährigen Besitzstreit über das Dorf Schwarzah und andere Güter im Vergleichswege beendet haben, indem Abt Luther von Rot mit Zustimmung seiner Conventualen für eine vom Göttweiger Abte empfangene Summe von zwanzig Pfund Regensburger Münze, allen ferneren Ansprüchen auf die genannten Güter feierlich entsagte.

[Original.]

C. † *In Nomine Sancte et Individue Trinitatis. Eberhard* [1]) *Salzburchensis Ecclesie Archiepiscopus, Wernhero Chotwicensi Abbati. In Perpetuum.* Cum ex officio diuinitus nobis iniuncto iura ecclesiarum conseruare debeamus, ad litem dirimendam et ad pacem reformandam inter illas ecclesias et ecclesiasticas personas que a ueneranda sede romana nostro iudicio specialiter commendantur, propensiori cura inuigilare debemus. Vnde auctoritate domini pape *Eugenii* muniti, controuersiam illam, que inter uenerabiles fratres nostros *Wernherum* [2]) abbatem de *chotwich* et *Lutherium* [3]) abbatem de *rote*, de quibusdam possessionibus agitabatur, terminandam suscepimus. Vtramque igitur partem ad nostram presentiam euocantes, allegationibus hinc et inde diligenter et sufficienter auditis et plenarie cognitis, cum litem sententia terminare intenderemus, placuit utrique parti amicabili compositione conuenire, et controuersiam que inter eos uentilabatur transactione terminare. Modus autem transactionis hic est. *Wernherus* abbas de *chotwich* de uiginti libris ratisponensis monete *Lutherium* abbatem de *rote* securum redidit, et *L.* consilio seniorum monasterii sui liti quam de uilla que *suarzaha* [4]) dicitur et de aliis possessionibus, de quibus inter eos discordia erat, per exfestucationem abrenuntiauit. Quam transactionem ex petitione utriusque partis suscepimus, et consilio ecclesie nostre, nostra auctoritate confirmavimus. Ne igitur prauorum hominum machinatione hec in posterum a sua firmitate auelli possint, in scriptis redigere et sigilli nostri impressione firmare curauimus. Igitur fili karissime *Wernhere*, abbas *chotwicensis* monasterii te et omnia que ad te spectant amplectentes fouemus, et manu tenere disponimus, sed et cuncta que largitione fidelium tue ecclesie collata uel adhuc conferenda sunt, sub tuitione nostra comprehendimus, et corroboratione presentis pagine stabilimus.

Digitized by Google

Nomina autem eorum qui presentes fuerunt hec sunt. *Romanus* Gurcensis episcopus. *Henricus* abbas S. Petri. *Hugo* prepositus maioris ecclesie. *Henricus* prepositus berthersgadin. *Werhardus* uormbac. abbas. *Otto* prepositus Raitinburg. Comes *Gebehardus* de *burchhusen*. Comes *Siuridus* de *liubinowe*. Comes *Chunradus* iunior et frater eius *Siuridus* de *pilstein*. Comes *Liutoldus* de *plaien*. *Piligrimus* de *wolmutsa*. *Erchinbertus* de *mosebach*. *Turinch* de *weruen*. *Ekkehardus* de *tanna*. *Lutwinus* castellanus. *Hartnidus* et frater eius *Marchuardus* de *uzelinge*. *Liupoldus* de *waldæ*.

Ego *Eberhardus* archiepiscopus, subscripsi.

Ego *Heinricus* abbas, subscripsi.

Ego *Hugo* prepositus, subscripsi.

Ego *Heinricus* decanus, subscripsi.

Acta autem sunt ista anno M°. C°. LII°. Indictione XIII°. anno pontificatus nostri V°. Regnante *Chunrado*, anno regni eius XIII°. mense decembrio, in ciuitate *Iuuaviensi*.

Das massive runde Wachssiegel ist an der Rückseite der Urkunde am untern Rande aufgedrückt und mittelst einer durchgezogenen Pergamentschleife befestigt; es stellt den Erzbischof in ganzer Figur, mit Mitra, Pallium, Pastoralstab und einem Buche, sitzend dar.

1) Eberhard I., Erzbischof zu Salzburg, von Ostern (c. 20. April) 1147 bis 1164, † 21. Juni.

2) Abt Wernher von Göttweig, 1150 — 1155 (siehe Seite 101).

3) Luther (Lothar), Abt des Benedictinerklosters Rot in Baiern, starb nach 1170. (Monum. boica I. 340.)

4) Vgl. Saalbuch Nr. LXIII und die nachfolgenden Urkunden Nr. XXXV bis XLI incl.

XV.

1171. 1. Mai. Wien. — Herzog Heinrich II. von Österreich erklärt, wie durch seine Vermittlung und Verwendung das Stift Göttweig im Besitze des angestrittenen Gutes „in Grie“ erhalten worden ist, mit genauer Angabe aller vorausgegangenen Thatsachen und Umstände.

[Original.]

Heinricus, Dei Gratia Dvx Austrie. Quo diuina fauente clementia iura ecclesiarum dei sub nostri tuitione principatus nulla patimur ratione uiolari, placuit sollicitudinem nostram in causis

Digitized by Google

pauperum Christi de *Kotwico* hac cautione presentibus et futuris innotescere, tum anime nostre saluti tum illorum prospicientes quieti et securitati. Notum sit igitur omnibus Christi fidelibus, quod nobilis quidam *Waldo* [1]) nomine, egrotans et desperatus, consilio et rogatu fidelium suorum, qui sibi et rebus suis post eius obitum metuebant, tam homines proprios quam omnia sua predia infra *bawariam* sita, patri meo *Liupoldo* marchioni, manu potestatiua in ius tradidit proprietatis. Quo pacto in breui conualuit ipse *W.* et facti penitens, postmodum de partibus francorum duxit uxorem, ipsi et filiis eius predictorum prediorum faciens sponsionem. Quo comperto *Liupoldus marchio* egre ferens, uocato *Waldone*, uiolati pacti redarguit temeritatem, illo affirmante ea conditione predia sua *marchioni* se pactum fuisse, si absque heredibus uita decessisset. *Marchio* autem in conventu apud castrum *görs* habito accitis suis et ipsius *W.* fidelibus, utrorumque adtestatione comprobauit, nullam in traditione bonorum eius coniugii uel heredis factam esse mentionem, aut aliquam preiudicii conditionem, et hoc ipso presente horum confirmauit testimonio, *Otachar* marchionis de *stîra*. *Werigandi* comitis de *Plaigen*. *Gebehardi* comitis de *piugen*. *Rudolfi* de *pergen*. *Alberonis* de *griezpach*. *Friderici* de *hunesperch*. *Ernst* de *traisem*. *Hartwici* de *rudinich*. *Gebehardi* de *algerspach*. *Potin* de *asparen*. *Potin* de *maleisdorf*. *Pabonis* de *amarangen*. *Hugonis* de *leutsdorf*. *Anshalmi* de *prunne*. *Wolfgeri* de *imizinsdorf*. *Marchwardi* de *hintperge*. et aliorum multorum. Predium autem quod olim fuerat *Waldonis* in *grîe*, postea *Liupoldus* marchio tradidit sorori sue *Gerbirge* [2]) *ductrici boemiorum*, eius rogatu delegans illud in manum *Gebehardi* comitis de *piugen*, tali pacto, ut quo ipsa petisset, predium idem delegaret, quod et fecit. Nam delegauit illud super altare s. Marie in monte *Kotwico*, adiciens et ecclesiam, que dicitur ad *purch*, presente *Reginmaro* patauiensi episcopo et *Nanzone* eiusdem loci abbate. Huius traditionis testes hii sunt aure tracti. *Chunradus* (de *roningin*). *Dietricus* (de *Leichelingen*). *Alramus* (de *Pleinchipach*). *Werinhart* (de *Zelkingen*) [3]). *Diepoldus* de *chagere*. *Rûdolfus*. *Regingerus*. *Heidenricus*. *Rudbertus*. *Reginhardus*. Felicis autem memorie *Gerbirch* postmodo induta sanctimonie habitu, sub obedientia conuersata est *abbatis* de *Kotwico*, ubi mox obiens sepulta quiescit in domino. Fratres autem predia largitate eius adepta per LX II^os^ annos

Digitized by Google

quiete possederunt, temporibus uidelicet abbatum *Nanzonis, Chadalhohi, Gerhohi, Wernheri, Friderici* [1]) et *Johannis*. Huius abbatie XIIII°. anno matrona quedam filia predicti *W.* ab imperatore *Friderico*, aduocato accepto, comite uidelicet *Friderico* de *hohenburch*, qui iusticiam eius apud nos exigeret, uenit *austriam*, et querimonia facta super hereditate paterna iusticiam a nobis requirebat, fratribus de *Kotwico* econtra ius legitime traditionis, et plus quam tricennarie posessionis pretendentibus. Qua causa diu utrinque uentilata ne imperialis edicti uideremur inmemores, et ut omnis queremonie repeticio in posterum esset sopita, placuit nobis inter fratres et predictam matronam licet ultra iusticiam, fieri amicam compositionem. Acceptis igitur ab abbate quinquaginta talentis, fecit abdicationem omnis deinceps impeticionis et querimonie super eodem predio *ipsa* et filius eius *diepoldus*, per manum aduocati sui *Friderici* de *hohenburch*, in manum meam, et *Johannis* abbatis de *Kotwico*, Huius rei testes sunt filii mei, *Liupoldus* et *Heinricus*. *Ottachar* marchio de *stira*. *Ekkebertus* de *pernekke*. *Chunradus* de *rakze*. *Fridericus* de *hohenburch*. *Hadmarus* et filius eius *Otto* de *Cupharen*. *Chadolt* de *seuelt* et filius eius *Chadolt*. *Albero* de *chunringen* et filius eius *Hadmarus*. *Rapoto* de *sconenberch*. *Heinricus* de *gundrammesdorf*. *Wernhardus* de *Rabenstein*, *Ůlrich* dapifer. *Otto* frater eius. *Otto* sororius eius. *Liupolt* pincerna. *Otto* marschalch. *Ludwicus*. *Meginhart* (de *trebanswinchel*). *Rudgerus* de *alse* et frater eius *Reinbertus*. *Růdolfus* (de *Chalwenperge*). *Meginhart*, *Friderich* (homines *Alberonis*). *Germunt* (de *niwenburch*). *Wicbertus* de *Chirchpach*. *Liupolt* de *rakez*. *Albertus* de *Chůpharen*.

Acta sunt hec apud *Wienne*. Anno Incarnationis domini M°. C°. LXX°. I°.

Imperatoris *Friderici* anno XX°. Ducatus nostri anno XXXII°. *Johannis* abbatis anno XV^mo^. Kalendis Mai. [Loco Sigilli impressi.]

Diese Urkunde ist vollständig abgedruckt in Hormayr's Geschichte Wiens. I. Jahrg. 1823. I. Band, 3. Heft. Urkundenbuch. S. XXX. Nr. XI, mit der irrigen Aufschrift: 17. April 1171 — statt 1. Mai, die bereits corrigirt wurde in Chmel's Notizenblatt, April 1843, Nr. I, Seite 22, und in den Babenberger Regesten. Note 240, S. 231, mit Bezug auf Nr. 80, S. 50.

Das grosse, schöne herzogliche Siegel ist an der Rückseite der Urkunde unten rechts aufgedrückt und vorne durch eine Lederschleife befestigt; es weicht von beiden Siegelabbildungen in Rauch's Österr. Geschichte. I. Band, S. 382 und 385, und Marq. Herrgott. Monument. August. Dom. Austr. T. I. tab. I.

Digitized by Google

Nr. III, IV, V, bedeutend ab, besonders im Helme und Schilde des Herzogs, und an der Schabrake des Pferdes.

1, 2) Siehe im Saalbuche die Traditionen Nr. LXXIII. CLXVI. CCXV.

3) Die eingeschlossenen Geschlechtsnamen stehen im Originale ober den Taufnamen, zwischen den Zeilen.

4) Dieser Abt Fridericus ist im alten Verzeichnisse der Stiftsäbte am Schlusse unseres Saalbuches (Seite 101) nicht angeführt, kann aber auch nur kurze Zeit gewaltet haben. Sein Vorgänger, Wernher, ist am 19. Nov. 1155 gestorben. (Necrolog. Claustroneob. im Archiv f. Kunde österr. Geschichtsquellen 1851. VII. 303.) — Sein (Friedrich's) Nachfolger, Johannes I., ward anfangs 1157 aus dem Benedictiner-Stifte Admont nach Göttweig berufen. (Pertz, Monum. Germ. XI. 582. Annal. Admont. — Vergl. Keiblinger. Melk I. 260. Note 3.) Das am Schlusse angegebene XV. Jahr der abteilichen Würde Johannes I. reichte von Mai 1171—1172.

XVI.

1184. 29. November. Zeiselmauer. — Bischof Diepold von Passau weiset zum Armen-Hospitale in Göttweig den dritten Theil der Zehente in der Pfarre Pira an, und verleihet zugleich dem Abte Rudmar und dessen Nachfolgern das Recht, dort einen beliebigen Priester zur Ausübung der Seelsorge anzustellen.

[Original.]

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis, Dipoldus Dei Gratia Pataviensis Episcopus Omnibus Christi Fidelibus tam Futuris quam Presentibus in Domino Salutem. Pastoralis officii sollicitudo expostulare uidetur ut monasteria diuinis mancipata obsequiis paterna debeamus liberalitate intueri, et eorum commodis et utilitatibus qui in eis domino die ac nocte deseruiunt, quique pro nostra nec non successorum nostrorum incolomitate ad deum patrem luminum preces fundunt assiduas, propensius invigilare. Ea propter sancte dei genitricis Marie ad pedes usque humiliter inclinati predecessoris nostri, pie recordationis *Altmanni* Pataviensis episcopi apostolice sedis legati, vestigiis pro modulo nostro inherentes, attendentes etiam fidelitatem et deuotionem quam dilectus filius noster *Rödmarus* abbas et fratres de *Chotewico* erga sanctum stephanum prothomartirem in *Patavia* et nos nostrosque successores canonice substituendos habere dinoscuntur, pensata nichilominus uberi et devota elemosinarum largitione qua pretaxati fratres in anniversario prefati episcopi *Altmanni* [1]), in presentia nostra copiosam multitudinem pauperum respexerunt, terciam partem decimarum in Parrochia de *Pircha* [2]) que post donationem duarum partium a domno *Altmanno* in prima fundatione *Chotewi-*

Digitized by Google

censis Monasterii factam indigentie plebesani sacerdotis deputata fuit, ad usus et refectionem pauperum in hospitali prescripti Monasterii concurrentium pro remedio anime nostre nec non parentum nostrorum cum consensu chori nostri et ministerialium coniuentia tradidimus, hac interposita condicione, ut postquam diem clauserimus exstremum in anniversario nostro recordatio nostri quantulacumque inibi habeatur. Sane quia peticio et ius representationis in prenominata ecclesia ad abbatem et conuentum libere et sine ambiguitate spectabat, hanc prerogatiuam *Rŏdmaro* abbati uiro utique discreto et religioso et nobis plurimum accepto, eiusque successoribus per ostium intrantibus indulsimus, quod ad arbitrium et uoluntatem ipsorum sacerdos discretus et honeste opinionis clericus dumtaxat in ea ordinetur, qui contentus stipendio, quod ei abbas, qui tunc pro tempore exstiterit, ordinare competenter uoluerit, diuina ibidem celebret populo, et ecclesiastica sacramenta ministret. Ceterum alia que de decimis et oblationibus aliisque utilitatibus prouenire et superesse poterunt, per manum abbatis ad supplementum pretaxati hospitalis annuatim sub aliqua certa pensione ministrentur. Verum quia mentionem de iure peticionis in *Pircha* fecimus, ne hanc nostram ordinationis constitutionem in recidiuum scrupulum quempiam reducere contingat, precipimus auctoritate qua licet indigni et impares uiribus preminemus, et statuimus ne quispiam de cetero pro aliqua persona aput successores nostros peticionem sicut fieri assolet porrigere presumat uel etiam attemptet. Indecens enim ualde esset, ut quod studio pietatis admissum fuisse dinoscitur, si in detrimentum monasterii postea quomodolibet uerteretur. Itaque institutio iam dicte ecclesie secundum nostram constitutionem omnifariam ad *Chotewicensis* abbatis ordinationem inconuulse et quiete permaneat et obseruetur. Si quis autem attemptauerit hanc nostram traditionem et scripti nostri caracterem adnullare et in irritum reducere, cum dathan et abiron iram et diuini animaduersionem iudicii se promeruisse sentiat, atque cum impiis et sceleratis reputatus, communione corporis et sanguinis Christi in nouissimis careat. Cunctis autem hec seruantibus et hoc ipsum quod in memoriam nostri fecimus, benigno oculo respicientibus, sit pax et exultatio et in numero iustorum consortium inuenire mereatur (sic) per eum qui erat, et qui est, et qui uenturus est reddere unicuique iuxta opera sua. Amen. Amen. Amen.

Acta sunt hec anno Incarnationis dominice Mill. C. LXXXIIII. Indictione I. sub domino *Lucio* papa III. Regnante Friderico

Digitized by Google

Romanorum Imperatore Augusto, anno uero pontificatus domini *Diepoldi* XI. [3]).

Ego Diepoldus, patauiensis ecclesie episcopus. ss.
Ego Otto, maioris ecclesie prepositus. ss.
Ego Fridericus, pataviensis decanus. ss.
Ego Ditmarus, eiusdem ecclesie thesaurarius. ss.
Ego Meinhalmus, presbiter canonicus patav. ss.
Ego Hainricus, presbiter canonicus patav. ss.
Ego Fridericus, archidiaconus patav. ss.
Ego Ölricus, prepositus Ardeacensis. ss.
Ego Purchardus de Chambe, canonicus patav. ss.
Ego Wernherus, Archidiaconus patav. et canonicus. ss.
Ego Wolfkerus prepositus Cellensis et Monasteriensis. ss.

Data in palacio *szaizcenmőre* per manum *Tagenonis* [4]).
Notarii et Capellani. III. Kalend. Decembris.

[Loco Sigilli impressi.]

An der schön geschriebenen Urkunde ist das bischöfliche Siegel rechts aufgedrückt und rückwärts durch eine Wachsscheibe befestiget. Es gleicht der Abbildung in Duellii Excerpt. geneal.-hist. tab. I. pag. 175 *).

1) Bischof Diepold (Theobald) war demnach am 8. August 1184 in Göttweig anwesend, als eben die jährliche Gedächtnissfeier unseres Stifters gehalten und dabei reichliches Almosen ausgetheilt wurde. Es war nämlich hier von jeher bis in die letzteren Jahre des vorigen Jahrhunderts üblich, nach dem feierlichen Hochamte am Feste des sel. Altmann's die von allen Seiten herbeikommenden Armen vor der Kirche mit Fleisch, Brot und Wein zu betheilen. Statt dieser Naturalspende wird jetzt ein bedeutender Geldbetrag zum Armeninstitut gegeben. (Siehe hierüber Chr. Mülleri de Prankenhaimb. Historia Canoniae Sand-Hippolitanae, edit. Alb. de Maderna, Pars II, p. 41. — Über diesen fast in allen Klöstern eingeführten Gebrauch, an den Jahrtagen der Stifter das sogenannte Gespend auszutheilen, hat Ign. Keiblinger in der Geschichte des Stiftes Melk I, 191—196 interessante Notizen zusammengestellt.)

2) Bischof Altmann hatte zwei Theile des Zehents in der neu errichteten Pfarre Pira nach Göttweig geschenkt und ausdrücklich angeordnet, dass die dortige Seelsorge von einem Stiftsmitgliede versehen werde. (Saalbuch Nr. IX.) Als später (1094) statt der Canoniker in Göttweig Benedictiner eingeführt wurden, die als Mönche damals in der Seelsorge nicht angestellt werden durften, da mussten alle incorporirten Pfarren mit Weltpriestern besetzt werden, die gewöhnlich Ein Drittel des Pfarrzehents und das oft sehr bedeutende Urbar-Erträgniss (was nämlich die Unterthanen und Grundholden zu leisten hatten) zum Unterhalte bezogen. Eben diese reichlichen Einkünfte mancher Stiftspfarren lockten viele Bewerber darum herbei, die mit Empfehlungs-

Digitized by Google

schreiben vielvermögender Personen versehen, sich nicht selten den Stiftsvorstehern aufdrängten, um eine solche fette Pfründe zu erhalten, zu deren seelsorgerlichen Verwaltung sie dann oft nur kärglich besoldete Vicare bestellten. Es war desshalb eine ganz besondere Gunst, dass Bischof Diepold dem Abte Rudmar und allen seinen Nachfolgern nicht nur das Patronats- und Präsentations-Recht auf die Pfarre Pira bestätigte, sondern auch erlaubte, nach ihrem Gutdünken einen ordentlichen Seelsorger dort anzustellen, und nach Abzug des standesmässigen Unterhaltes (Congrua) für denselben, die übrigen Erträgnisse dieser Pfarre zum Besten des Armenspitales im Kloster zu verwenden.

3) Das XI. Pontificatsjahr Diepold's war schon im März 1183 abgelaufen, da er im Jahre 1172 zum Bisthume gelangte. Im Mai 1189 schloss er sich mit mehreren Domherren und Äbten dem Kreuzzuge nach Palästina an und starb dort zu Antiochia am 3. November 1190. (Böhmer, Fontes Rer. Germ. III. 547.)

4) Tageno, später Domdechant von Passau und zugleich Pfarrer der Kirche St. Andrä im Hagenthale (unweit der alten Passauer Besitzung Königstätten und Zeiselmauer — *szaizcenmóre* —), begleitete seinen Bischof auf der Reise nach Palästina, und hinterliess darüber ein kurzes Tagebuch, welches Freher in seine Sammlung: Rerum Germanic. Scriptor. aufgenommen. (Editio III. Struvii. Argentorati 1717. Tom. I. 405—416.)

XVII.

1194, Passau. — Bischof Wolfker von Passau überlässt den Klosterbrüdern den halben Weinzehent von einigen Grundstücken in der Pfarre Krems, welche früher Ackerland waren, und erhält dafür von ihnen tauschweise den halben Zehent in den Dörfern Lengenfeld und Mittelberg, ferner bei St. Pölten mehrere Hofstätten, Lehenhäuser und das Dorf Schauching.

[Original.]

† *In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. Wolfkerus*[1] *Dei Gratia Patauiensis Episcopus Omnibus Christi Fidelibus In Perpetuum.* Pontificalis officii cura exigit, venerabilia et religiosa loca fouere et amplecti, atque ad offerenda in eis redemtori nostro cottidiana laudum sacrificia suas eis iusticias recognoscere, et pie ac rationabiliter stabilire. Notum itaque facimus tam presentis quam futuri temporis Christi fidelibus, qualiter nos fratribus *Gotewicensis* cenobii bona eorum conversatione incitati, atque uirorum dominum timentium sapienti consilio inducti, partem decimalis vini in *Chremesensi parrochia*, a predecessoribus nostris felicis memorie *Althmanno, Vdalrico, Reinmaro, Reimberto, Chunrado, Dietpoldo*, quondam eius traditam, sed occasione quadam per nos ad tempus subtractam, bono animo recognouimus. Fuit autem hec occasio qua prefatas decimas ad

Digitized by Google

tempus possedimus. Cum decime frugum in eadem parrochia totaliter nostri iuris essent, rure in uineas redacto et illarum uinearum decime totaliter nobis adiudicate fuerunt. Nos uero predictis fratribus ex ratione priuilegiorum suorum inde questionem mouentibus, benigne acquiescere decreuimus, et antecessorum nostrorum pontificum priuilegia innouantes, medietatem decimalis uini in parrochia *Chremesensi* recepto ab eis conpetenti concambio, ea uidelicet ratione ut inconuulsa in perpetuum maneat actio, consensu chori et ministerialium in perpetuum tradidimus et presenti priuilegio cum sigilli nostri inpressione roborauimus. Recepimus autem ab eis in concambio medietatem decimarum de duabus villis *Lengenuelde*[2]) et *Mitterberch*[3]) et apud *Sanctum Ypolytum* X et VII curtilia et medietatem unius curtilis et duo beneficia et dimidium, et uillam que *Scŏigen*[4]) dicitur. Vt vero hec legalis commutatio per omnes successores nostros rata permaneat, ita nimirum ut etiam si uinetis destructis agricultura succedat, predicti fratres nichilominus mediam partem decimarum siue in frugibus siue in quibuscunque humanis laboribus sortiri debeant, in presenti pagina subscriptos testes pariter annotari voluimus. Quorum hec sunt nomina. *Hademarus* de *chufarn* et filius eius *Otto*. *Wichardus* de *Zebingen*. *Albreht* de *Kambe*. *Sifridus waise* et filius eius *Sifridus*. *Hademarus* de *murrestetin*. *Richkerus* et frater eius *Fridericus* de *Wesen*. *Leuthart*. *Hainrich* iudex. *Timo* de *pühellberch*. *Manegolt* de *schonepuhil*. *Dietricus* de *Werdarn*. *Otto* de *zaizeinmůr*. *Chalhohus* de *Grasperc*. *Otto* de *Wolfpazingen*. *Chunrat* de *walde* et frater eius *Otto*. *Gotfridus* de *haselbach*. *Ekolfus* de *warte*. *Albreht* de *patavia*.

Ego *Hanricus* decanus subscribo. Ego *Megegotus* ss.

Ego *Werneherus* prepositus ss. Ego *Hainricus* ss. Ego *Arnoldus* ss. Ego *Chadelhohus* ss. Ego *Timo* ss. Ego *Werneherus* ss. Ego *Hainricus* ss.

Ego *Arnoldus* ss. Ego *Hermannus* ss. Ego *Albero* ss. Ego *Megenhardus* ss.

Acta sunt hec Anno domini M.C.XC.IIII. Indictione XII. Tempore *Hainrici* Imperatoris. Anno pontificatus nostri IIII. *patauie* feliciter. Amen.

Zwei massive Siegel hängen mittelst vielen violeten und gelben Seidenfäden an der Urkunde: *a)* das des Bischofs Wolfkerus gleicht dem in Raim. Duellii Excerptis geneal.-hist. tab. I, Nr. 2, Seite 176 abgebildeten: — *b)* das Siegel des Capitels von Passau ist ganz roh und unkenntlich.

Digitized by Google

1) Wolfker, in der vorausgehenden Urkunde als der letzte Zeuge unterschrieben, wurde zum Nachfolger Diepold's auf dem Bischofssitze zu Passau gewählt am 10. März 1191, geweiht in Salzburg am 9. Juni; und im Jahre 1204, Anfangs August, Patriarch von Aquileja. † 1218. — (Böhmer, Fontes III. 548. — Pertz. Monum. Germaniae XI. 594. — Pritz, Geschichte des Landes ob der Enns I. 420.)

2) Lengenfeld und Mittelberg, zwei Pfarrörter oberhalb Krems. V. O. M. B.

3) Schauching (auch Schaubing), nahe der Perschling in der Pfarre Pira (Pyhra) V. O. W. W. — Vergl. im Stiftungsbriefe: Scauwingin.

XVIII.

1195, Göttweig. — Herzog Friederich I. von Osterreich befreit bei seiner Anwesenheit in Göttweig die Stifts-Besitzungen diesseits der Donau und in Grie von jeder Gerichtsbarkeit und vogteilichen Belästigung, gegen jährliche Entrichtung von 200 Muth Hafer; zugleich verordnet er das zu leistende Marchfutter unmittelbar in die herzoglichen Getreidekästen abzuliefern, damit auf diese Art den einsammelnden Marschällen jede Gelegenheit zur Bedrückung und Übervortheilung des Klosters benommen sei.

[Original.]

In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. *Fridericus* Diuina Fauente Clementia Austrie Dux. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse uolumus, quod nos abbati [1]) et fratribus in *Kotwico* hanc prerogatiuam indulsimus, quatinus in possessionibus ipsius cenobii in ea parte danubii, qua monasterium ipsum situm est, et in *Grie* [2]) nullus umquam hominum sub nomine aduocati, aut iudex uel preco de nostra permissione, uel alicuius officii uel iudicii occasione eisdem fratribus iniuriam inferat, uel offendere presumat, ea uidelicet conditione, ut pro iustitia nostra de eisdem possessionibus ipsi fratres *CC* Modios auene annuatim nobis persoluant. Quod si fur uel raptum faciens aut latro in possessionibus ipsorum deprehensus conuictus fuerit, ad proximum locum quo malefactores plectuntur, sicut est cingulo cinctus [3]) puniendus tradatur. Preterea statuimus, ut pabulum quod in bonis predicte congregationis ex utraque parte danubii habere debuimus ab ipsis in duobus granariis nostris recipiamus, ne alicui marscalco eis iniuriam uel dampnum inferendi occasionem tribuamus. Et ut hec nostre deuotionis permissio inconuulsa permaneat presentis scripti paginam subscribimus et sigilli nostri inpressione roboramus. Data in ipso monasterio. Anno ab incarnatione domini Millesimo. C.XC.V.

Digitized by Google

Indictione XIII. Anno I. ducatus ipsius. Testes *Hartwicus* ratisponensis aduocatus. *Crafto* de *anzinesbach*. *Dietmarus morder* (sic) *Rapoto* de *falchinberc*, *Hademarus* de *Kunerigen*. *Wichardus* de *Seuelde*. *Rudolfus stubich*. *Hartnit* de *ort*, *Dietmarus* de *Éngilschalchisvelde*. *Meingotus* de *hinterberch*. *Rudolfus* et *Herbordus* de *Potindorf*. *Isenricus* (sic) de *huntsaime*. *Albertus* de *Lochinlin*. *Rudolfus* de *piela*.

An der Urkunde hängt das herzogliche Reitersiegel, wie es in den Monument. August. Domus Austr. Tom. I. tab. II. Nr. VI. abgebildet ist, nur fehlt dort das Schwert. — (Vergl. das Verzeichniss der bisher bekannten Figurensiegel der österr. Fürsten, mit den vorausgehenden Bemerkungen, von Karl v. Sava mitgetheilt in den „Quellen und Forschungen zur vaterländischen Geschichte, Literatur und Kunst. Wien 1849. — S. 314 u. s. f. 343. Nr. 15.)

Den kurzen Inhalt dieses Gunstbriefes hat Dr. v. Meiller im Regestenwerke zur Geschichte der Babenberger S. 77, Nr. 1, sammt den Zeugen angeführt. *Isenricus* statt *Henricus de Huntsaime* ist wohl nur ein leicht erklärlicher Schreibfehler, denn in zwei anderen Urkunden des Herzogs Friedrich's (loc. cit. S. 77, 78, Nr. 4 und 7) heisst es deutlich *Henricus*.

1) Dem Stifte stand damals Abt *Rudmar* vor (v. 1174—1200, † 3. März), wenn er mit dem im Admonter Necrologium: V. Nonas Martii angeführten *Ruodmarus abbas* wirklich identisch ist, wie das Concept des Chronic. Gottwic. Tom. II. muthmasslich angibt.

2) Siehe Saalbuch Nr. II. LI. LXXXV. CXVI.

3) Dieser Ausdruck: „*sicut est cingulo cinctus* oder *cingulotenus*, wie er mit Gürtel umfangen ist" kommt in den Gerichtsprivilegien gewöhnlich vor; das Hab und Gut des eingefangenen und abgeurtheilten Verbrechers fiel nämlich dem Kloster als Gerichtsherrschaft entweder ganz, oder zum Theile zu, worauf der Delinquent nur um die Lenden bekleidet, dem herzoglichen Landrichter ausgeliefert werden musste. — Nähere Bestimmungen hierüber enthalten die späteren Österreichischen Landrechte. (Vergl. Archiv f. Kunde österr. Geschichtsquellen 1854. X. B. S. 148. 154. §. XL — und die Pantaidingbücher, herausgegeben von Kaltenbäck; insbesonders die Göttweiger Grund- und Gerichtsherrschaften betreffend. II. Band. S. 4—58.)

XIX.

1203, circa. — Urkundliche Aufzeichnung über einen Gütertausch mit Ortolf von Ramenstein, und nachherigen Streithandel darüber mit dessen Sohne Konrad.

[Original.]

Omnibus Christi fidelibus constare uolumus quod *Ortolfus* de *Rammensteine* [1]) cum fratribus ecclesie kotwicensis contractum habuit,

Digitized by Google

videlicet, quod ipse predium in *Pechsudl*[2]), quod erat ecclesie, a fratribus in proprietatem reciperet, et econtra duo beneficia in *Wezilstorf*[3]) que iuris sui erant, ecclesie contraderet, et contractus iste cum testibus et aliis solempnitatibus fuit firmatus, ut perpetualiter esset ratus. Procedente vero tempore filius suus *Chunradus* uerbum mouit, quod predium, quod pater suus commutauerat, sine consensu suo sibi alienatum fuisset. Interea quidam burgensis de *Winne Siboto* pro VIIII talentis elaborauit, quod eadem beneficia in *Wezilstorf* in iuris proprietatem, quod uulgo Purchrechte dicitur, a fratribus reciperet, et annuatim pensionem duorum talentorum inde persolueret, in quo contractu talis est interposita condicio, quod si *Chunradus* de *Rammenstein* eadem beneficia inpeteret, et quomodocunque optineret, idem *Siboto* nouem talenta, que per contractum dederat, repetere non deberet. Pro memoria ergo huius facti presentem cartulam scripsimus et sigilli impressione confirmauimus. Huius rei testes sunt. *Heinricus* mareschalcus de *Zaching*. *Albertus* de *Lochlin*. *Chunradus* de *Timendorf*. *Ortlib* de *Witigestorf*. *Rapoto* nauta de *Stain*. *Arnoldus* de *S. Stephano*. *Ditmarus* de *Wesendorf*. *Chunradus* et frater eius *Albertus* de *Mêer*. *Sighart* de *Radun*. *Eberger* de *Vurt*.

(An der Aussenseite der Urkunde steht von derselben Hand [des Abtes?] geschrieben.)

Eberhart decimator de *razeinestorf* presens fuit et *Chunradus* oleator presens fuit a principio usque ad finem.

Et rustici qui sedebant super bona quos inde diuisi, cum muneribus constabat me x talenta.

Fri. (i. e. Fratri) *Helmuigo* dedi talentum absque alio munere, et *Hartwico* camerario talentum absque aliis muneribus. Fri. *Irmfrido* de *Staine* LX denarios. *Dietmaro* de *Wisendorf* LX denarios. Et quatuor dedi aduocato. Et quicquit ego (? ergo) exspendidi.

An der Urkunde hängt das älteste Siegel eines hiesigen Abtes. Es ist in dicker Wachsmasse abgedruckt, spitzoval, 2 Zoll breit, 3 Zoll hoch; die untere Hälfte ist zwar abgebrochen, doch ist die sitzende Figur des Abtes (Wezelin, 1202—1231) noch deutlich kennbar; er hält in der linken Hand den Pastoralstab, in der rechten ein offenes Buch. Die Umschrift zwischen zwei einfachen Linien: † ABBAS DE. CHOTWICH.

1) *Ortolf de Rammenstain* erscheint urkundlich 1157—1198. Sein Sohn *Chunrad* 1190—1230. (Hanthaler, Recens. dipl. geneal. II. 208—209. — Vergl. Babenberger Regesten, Personen-Verzeichniss.)

2) Siehe Saalbuch Nr. II. *Pechsutilin*.

Digitized by Google

3) Loc. cit. Nr. XLIV. Wizilinisdorf, in der Nähe des Stiftes gelegen (jetzt mit Höbenbach vereinigt), wie auf der Aussenseite der Urkunde selbst von sehr alter Hand angegeben ist: In Officio *circa Montem*, Wiezleinsdorf.

XX.

1206, circa. — Graf Liutold von Hardeck verpfändet die Vogtei über das Amt Ranna mit allen Rechten und Einkünften dem Stifte Göttweig für ein Darlehen von hundert Mark, auf Wiedereinlösung. Der Landesfürst, Herzog Leopold, bestätigt diesen Contract mit Anhängung seines Siegels.

[Original.]

In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis Amen. Quoniam facta mortalium temporalium secuntur motum, utile est ea litteris annotare, ut sic memoriam sui posteris ualeant exhibere. Sciat igitur tam presens quam futura etas, qualiter comes *Livtoldus* de *Hardekke*[1]), ecclesie *Chotewicensi* et conuentui eiusdem loci aduocatiam super omni predio ad officinam suam in *Ravna*[2]) spectantem cum omni prorsus iure et pensione nomine pignoris obligauit, ea lege, ut omnes fructus eiusdem aduocatie iam dicto cedant monasterio, nec fas sit alicui preter debitorem qui rem obligauit, ex iussu suo pignus obligatum soluere, sed sit penes eos tam pignus quam fructus pignoris, donec Comes Centum marcas, quibus aduocatia est obligata, ecclesie restituat. Verum quia contractus ex conuentione legem accipiunt secundum formam hic expressam, ego *Liupoldus* dux Austrie hunc contractum sigilli mei inpressione confirmo. Huius rei testes sunt. *Liupoldus* dux Austrie. Comes *Liutoldus*. Dominus *Hadmarus* de *Chunringe*. *Wichardus* dapifer. *Rêdolfus* de *Botendorf*. *Marquardus* de *Hintperch*. *Vdalricus struno* et filius suus *Vlricus* marscalcus. *Heinricus* de *Coetgingen*. (sic) *Rêdolfus* de *Synnmanninge*.

Das leider verletzte (einseitige) Reiter-Siegel hängt an grünen und rothen Seidenfäden. Der Herzog trägt einen Fasshelm mit Visier, einen breiten herzförmigen Schild, etwas nach rechts (heraldisch) geneigt, darin ein gut gezeichneter Adler, so wie auch in der Fahne. Umschrift: ✝ LIVPOLDUS. DEI GRACIA. DVX. AVSTRIE. Das U in der Silbe DUS, und die E sind abgerundet.

Eben dieses einfache herzogliche Siegel veranlasste zur Einreihung der Urkunde vor das Jahr 1207, weil Herzog Leopold VI. (VII. der Glorreiche) sich späterhin gewöhnlich eines zweiseitigen, d. h. Münzsiegels bediente, wie Dr. v. Meiller in den Babenberger Regesten (S. 241. Note 284) bemerkt. — (Vgl. jedoch die folgenden zwei Urkunden und Nr. XXVI.

Digitized by Google

hinsichtlich des Siegels). — Überdies erscheint der unter den Zeugen vorkommende ältere *Udalricus struno* (Streun von Valkenstein) mit seinen Söhnen zum letzten Mal im Jahre 1203, der Jüngere *Udalricus struno* vom Jahre 1207 an als marscalcus. (Siehe loc. cit. S. 90. Nr. 42. S. 97. Nr. 65. vgl. S. 317.)

1) Graf *Liutold III.* von *Plain* wird hier von seiner Herrschaft *Hardeck* an der Thaya, O. M. B., nächst der mährischen Grenze, *de Hardekke* benannt. — Näheres über ihn hat M. Filz in der Geschichte von Michaelbeuern I. S. 238 — 244, 253 zusammengestellt.

2) Siehe die Erläuterungen zum Saalbuche Nr. CCVII. CCLXII. CCCXV.

XXI.

1207, Krems. — Die Äbte Wernher von Heil.-Kreuz und Richer von Zwetl, die Pröpste Sighard von St. Pölten und Otto von St. Florian und Konrad Pfarrer von Rusbach entscheiden als erwählte Schiedsmänner einen Streit zwischen den Äbten Reginold von Melk und Wezilin von Göttweig, über den rechtlichen Besitz von Meirs, zu Gunsten des Letzteren.

[Original.]

In Nomine domini nostri Jesu Christi. *W.* de *sancta cruce* et *R.* in *zwetel* abbates, et *S.* sancti *ypoliti* et *O.* sancti *floriani* prepositi, et *C. plebanus* in *Ruspach*, fide presentis scripti tam presentium quam futurorum memorie commendamus et protestamur, quod cum causa, que inter Abbatem et ecclesiam *Medlicensem*, et Abbatem et conuentum *Kotwicensem* super predio in *Myrs* uertebatur, nobis sancti ypoliti et sancti floriani prepositis et *C. plebano* in *Ruspach* a sede apostolica delegata fuisset, conuenientibus nobis et partibus, et consilio illustris ducis Austrie Styrieque *Liupoldi*, ut finis inponeretur controuersie, in nos arbitros ab utraque parte Abbatum, utriusque conuentus libero assensu accedente fuit compromissum, utraque parte per caucionem fideiussoriam se alteri ad penam centum Marcarum obligante, si compromissione in irritum deducta nostro non starent arbitrio. Nos igitur inquisitis diligencius utriusque cause uiribus et discussis utriusque partis meritis et allegationibus, cum contra titulum donationis, quem ex priuilegio *Heinrici* imperatoris Abbas *Medlicensis* de eodem predio pretendebat, Abbatem *Kotwicensem* defenderet longeua possessio, et centum annorum prescriptio et preterea titulus donationis ab *Heinrico* burchgrauio et postmodum ab *Ottone* fratre suo facte, cum additione ville *Chotzendorf*,[1]) tandem de prudentum virorum consilio super premissis tale pronunciauimus

Digitized by Google

arbitrium sub pena pretaxate pecunie firmiter statuentes obseruari. Primum, ut sibi ad inuicem rancorem dimitterent, qui ex eadem causa uidebatur inter eos ortus fuisse, et possessio, pro qua uertebatur controuersia, ecclesie *Kotewicensi* in iure remaneret perpetue proprietatis, et Abbas *Medlicensis* suo et fratrum suorum nomine tam eidem possessioni quam priuilegio prememorati *Heinrici* imperatoris publice in manus nostras renuntiaret, sub pena pretaxata precipientes, ut nulla amplius inde questio ex parte *Medlicensis* Abbatis moueretur, et Abbas *Kotwicensis* et ecclesia sua ecclesie *Medlicensi* triginta talenta persolueret, et reditus unius talenti in censu annuo pro eisdem talentis obligaret, ita tamen, ut utilitas de predio obligato proueniens singulis annis in summam predicti debiti computaretur, donec idem debitum esset totaliter persolutum. Preterea arbitrati sumus, ut hoc ipsum arbitrium scripto commendatum ad peticionem Abbatis *Medlicensis* suique Conuentus sigillis domini patauiensis episcopi et domini ducis confirmaretur. Sub predicta itaque forma pronunciatum arbitrium omni remoto contradictionis obstaculo pars utraque recepit, et eadem die *Medlicensis* Abbas ad Abbatem *Kotwicensem* accedens, cum assensu fratrum, qui secum aderant, ex parte tocius conuentus in nostra presencia predicto debito triginta talentorum et obligationi, que pro hiisdem facta fuerat, uoluntate propria renunciauit. Acta sunt hec *Chremis*, Anno incarnationis domini Millesimo ducentesimo septimo. Indictione decima. Pontificatus *Innocentii* pape anno decimo, Regnante Rege *Philippo*, presidente *Manegoldo* patauiensis ecclesie episcopo, presentibus istis: *Tutone* in *Heimpurch*. *Arnoldo* in *sancta Petronella*. *Pilgrimo* in *Albrehtesperge*. *Heinrico* in *Witen*. *Sifrido* in *Mutharn*. *Heinrico* in *Chôliube* plebanis. *Gotefrido*. *Engilberto*. *Chunrado*, laicis, et aliis quam pluribus.

An dieser Urkunde befinden sich folgende fünf Siegel:

a) zeigt ein schwach ausgedrücktes unkenntliches Brustbild;

b) ganze Figur eines Abtes; die Umschrift ist leider nicht lesbar; —

c) ebenso: SIGILLUM ABBATIS DE SANCTA CRUCE; —

d) Münzsiegel des Herzogs, gleich dem in Monum. boic. IV, Tab. I, Nr. 1 abgebildeten, und von Karl von Sava loc. cit. 343, Nr. 18 c. beschriebenen;

e) das bischöfliche mit ausführlicher Umschrift: † MANEGOLDUS. DEI GRATIA. PATAVIENSIS ECCLESIE EPISCOPUS.

1) Wie Göttweig zum Besitze von Meirs und Kotzendorf gelangte, ist im Saalbuche (Tradition und Note Nr. XLV) näher angegeben.

Digitized by Google

XXII.

1207. — Herzog Leopold VI. (VII.) bestätigt den vorausgehenden Entscheidungsspruch.

[Original.]

In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. Liupoldus Dei Gracia Dux Austrie et Stirie Omnibus Christi Fidelibus Im Perpetuum. Ea principum debet esse munificentia, ut pro statu ecclesiarum pia deliberatione commoueantur, uidelicet, ut possessiones ecclesiis diuinitus collatas non solum defendere studeant, sed etiam lites in ecclesiis ortas rationabiliter determinare et componere diligenter intendant. Quapropter litem duorum monasteriorum *Medilicensis* et *Gotwicensis* pro quibusdam possessionibus in uilla que dicitur *Mirs* exortam, religiosis viris abbatibus de sancta cruce *Wernhero*, et de zwetel *Richero*, et prepositis de domo sancti ypoliti *Sigahardo* archipresbitero, et sancti floriani *Ottone*, transactione determinandam dignum duximus committere, ut ipsi utriusque partis allegationibus cognitis, et priuilegiorum ratione diligentius considerata, liti secundum cognitam rei ueritatem finem imponerent. Cuius transactionis modus talis fuit quod Abbas *Gotwicensis* domnus *Wezilo* de coniuentia sui capituli de triginta libris monete wiennensis abbatem *Medilicensem* uidelicet *Renoldum* securum reddidit et abbas *medilicensis* de consensu eiusdem capituli liti totaliter per exfestucationem abrenuntiauit. Ne ergo inposterum de tam rationabili compositione aliqua possit oriri controuersia, ipsam transactionem inscriptione presentis pagine roboramus et sigilli nostri impressione confirmamus. Interfuerunt autem huic facto religiosi uiri abbates de *sancta cruce* domnus *Wernherus*, et de *Zwetel Richerus*, et de *aldenburc Adalbertus;* et prepositi *Sigahardus* archipresbiter de *sancto ypolito*, et *Otto* de *sancto floriano*, et *Gotscelcus* de sancto *andrea*. *Bertoldus* decanus de *Dulnne*. De capellanis nostris. *Chunradus* de *ruspach*, et *Duto* de *haeinburc*, et magister *Arnoldus* de *S. Petronella*, *Pilgrimus* de *Albrechtsperge*, *Heinricus* de *Widen*, *Otto* de *marchwartsurwar*. *Sifridus* de *mutarn*, *Heinricus* de *Chŏliube*, *Otto* de *Anzinberge*, *Chunradus* de *hohenstaufe*. *Menhardus* de *imcinstorf*, *Adalbertus crebespach*, *Gotfridus* de *radilinperge*. *Wirnto* de *palte*. *Vdalricus* de *horinbach*.

Das gleiche herzogliche Münzsiegel hängt an einer fein geflochtenen Schnur von grünrothen Seidenfäden und ist vollkommen erhalten.

Digitized by Google

XXIII.

1209, circa. — Abt Rudiger von Baumgartenberg und sein Convent schliessen mit dem Abte und Capitel in Göttweig ein Übereinkommen, kraft dessen sie sich verpflichten statt des Naturalzehents von ihren Weingärten bei Krems jährlich Ein Talent zu bezahlen.

[Original.]

Ego *Rudigerus* abbas in *Paumgartenberge* et totus Conuentus constare volumus omnibus nostre posteritatis hominibus, quod de communi consilio cum abbate et confratribus Ecclesie *Kotwicensis* conuenimus, quod pro decimis uini quas de duodecim iugeribus in monte *Lintperch* infra limites parrochie *Chremis*, annuatim persoluere debueramus, pensionem unius talenti annuatim in festo s. Martini persoluamus. Vt ergo tam nobis quam ipsis pactum huius rei ratum habeatur in successoribus nostris, pro memoriali cartulam istam conscripsimus et sigilli utriusque partis impressione pro certitudine rei munimus.

Das an der Urkunde hängende älteste Göttweiger Convent-Siegel ist in weisses Wachs gedruckt, spitzovaler Form, $2\frac{1}{2}$ Zoll hoch, $1\frac{1}{2}$ Zoll breit, und stellt ein freistehendes Kirchengebäude zwischen zwei Thürmen vor, deren linker etwas höher ist und ein Vorwerk mit dem Eingange angebaut hat. In der Mitte über der Kirche sieht man eine abwärts gerichtete Hand mit zwei vorgestreckten Fingern. Die Umschrift zwischen zwei einfachen Linien lautet: † CONVENTVS. GRA. DEI. SCE. CHOTEVVICENSIS. ECCLE. — *E. H. N.* sind Uncial-, die übrigen Capitalbuchstaben. (Vgl. die Beschreibung dieses und des nächst ältesten Conventsiegels in den „Archäologischen Notizen", gesammelt auf einem Ausfluge nach Herzogenburg, Göttweig, Melk u. s. w. im Sept. 1849 von Dr. G. Heider und J. V. Häufler, mitgetheilt im Archiv für Kunde österr. Geschichtsquellen, Jahrg. 1850, II. Band, 3. u. 4. Heft, Seite 523. ff.)

Das zweite Siegel der Urkunde ist leider verletzt, die Gestalt eines Abtes mit Pastoralstab, jedoch deutlich sichtbar.

1) Rudiger stand dem Cistercienser-Kloster Baumgartenberg im Lande ob der Enns von 1207 bis 1232 vor. Seine Unterhandlung mit Göttweig betreffs der Ablösung des Weinzehents setze ich beiläufig 1209, weil in eben diesem Jahre am 22. April Bischof Manegold von Passau dem Kloster Baumgartenberg die Zehente im Lymperg (Lintperch, laut vorliegender Urkunde) um Krems, wo dasselbe früher den Boden selbst cultivirt hatte, auf ewige Zeiten schenkte. (Siehe Geschichte dieses Klosters von Fr. X. Pritz im Archive f. K. österr. Geschichtsquellen 1854, Band. XII. I. Heft, S. 19.)

Digitized by Google

XXIV.

1210, circa. — Otto, Vogt der Regensburger Kirche, befiehlt seinen Untergebenen dem Gotteshause Göttweig den schuldigen Weinzehent sowohl von seinen, als von ihren Weingärten vollständig und nach gebührendem Maasse zu geben.

[Original.]

Vt factum nostre etatis transeat in noticiam future posteritatis, necesse est scriptum fieri tenacis recordationis. Quapropter ego *Otto* [1]) ratisponensis ecclesie aduocatus tam presentibus quam futuris constare uolo, quod homines mei sub nomine meo tam de meis quam de meorum clientum uineis debitas decimas *Kottwicensis* ecclesie retinuerint, nescio quo errore inducti dicentes, quod nisi mediam carradam soluere deberent. Que negligentia dum usque ad mea tempora duraret, tum intuitu iusticie, tum propter reuerentiam domini *M.* [*anegoldi*] [2]) patauiensis episcopi, tum etiam propter deuotionem domini *Wezelini* [3]) abbatis et conuentus concessi, ut debite decime tam de meis quam de meorum uineis cultis et incultis totaliter secundum quod iustum est persoluantur. Huius rei testes sunt. *Otto* scriba, patauiensis canonicus. *Heinricus* de *S. Christophoro*, ipsius aduocati notarius. *Albertus* plebanus de *Chuliube*. *Livtoldus* de *hohenstoffe*. *Otto* dapifer aduocati, *Ebergerus* de *Rapotenchirgen*. *Otto* et *Chunradus* de *Winden*. *Arnoldus* de *s. ypolito*. *Pernholdus* judex de *s. ypolito*.

Mit dem Bruchstück eines hängenden Reitersiegels, worauf nur RATISPONEN noch zu lesen.

1) Otto von Lengenbach (vgl. Notizenblatt als Beilage zum Archiv f. K. österr. Geschichtsquellen 1851, S. 140 — 141. — Babenberger Regesten S. 333).

2) Manegold war Bischof von Passau in den Jahren 1206 — 1215; desshalb setze ich diese Urkunde ungefähr in die Mittelzeit, d. i. 1210.

3) Abt Wezelin von Göttweig 1202 — 1231.

XXV.

1212. — Herzog Leopold VI. (VII.) von Österreich und Steier erhört die wiederholten Klagen des Göttweiger Abtes Wezelin über das ungerechte Verfahren der herzoglichen Marschälle, welche bei Einsammlung des Vogthafers die Stiftsunterthanen bedrückten, und bestimmt desshalb zur Abwendung alles Unfuges, nach welchem Maasse und auf was für Art und Weise fernerhin diese Einhebung vorgenommen werden soll.

[Cod. Privilegiorum Fol. 283, verso.]

In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. *Leupoldus* dei gracia dux Austrie et Stirie Omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Eam

Digitized by Google

principum decet esse industriam, ut quod iusticia dictat ab eis confirmetur et noue exactionis adinuentiones et pauperum oppressiones mediante ratione inprobentur. Inde est, quod omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris constare uolumus, quod *Wezilo Abbas Chotwicensis* nobis admodum deuotus querimoniam sepius coram nobis deposuit, quod marschalci nostri, qui auenam de prediis *Chotwicensis* ecclesie secundum iusticiam terre nostre nobis debitam colligunt, maliciose homines ecclesie grauent, eo quod debitam mensuram in recipiendo supra mensuram excederent. Cuius rei considerata ueritate, quia Deus et timor Dei nobis in causa esse debet, ne clamor pauperum contra nos ascendat et reos coram deo constituat, causam de consilio optimatum nostrorum dignum duximus terminandam, ut maliciosa exactio de cetero conquiescat, et nobis et heredibus nostris iustitia illesa permaneat. Statuimus ergo mensuram ad dimidium modium ypolitensis fori, qui dato priuilegio presenti in usu fuit, que nobis et optimatibus nostris bene mediocris placuit, que tam nobis quam hominibus ecclesie competat, ut ipsa mensura aput Marschalcos et aput Abbatem predicte ecclesie conseruetur, et ipsa mensura in vase recipiatur et cum plenum fuerit uas, quod reliquum fuerit detrahatur, ut nec homines ecclesie in soluendo possint aliquid subtrahere nec marschalci in recipiendo debeant modum excedere. Auena autem debita, uel denarii pro auena soluendi, ubicunqne infra iurisdictionem nostram predia Ecclesie illius sita fuerint, in festo S. Michaelis secundum forum temporis illius per Abbatem soluantur. Nec Marschalci nostri pro ratione expensarum post datam auenam aliquid exigant, pro quibus expensis ipsam mensuram maiorem statuimus. Quia ergo hanc nostram constitutionem tam aput nos quam aput heredes nostros perpetuam volumus habere firmitatem, de hac nostra constitutione presentem paginam propter firmitatis memoriam conscripsimus et sigilli nostri inpressione roborauimus. Testes huius rei sunt: *Wernherus* Abbas de *S. Cruce. Okerus* Abbas de *lilignueld. Dietricus* prepositus *Newnburgensis.* Magister *Hainricus* de *bethaw* tunc temporis notarius. *Leupoldus* capellanus. *Albertus* decretista *Hadmarus* de *Chunringen. Wichardus* dapifer et filii eius *Chadoldus* et *Weichardus. Heinricus* de *czebingen. Rudolfus* de *potendorf. Ulricus struno. Marquardus* de *hintpergk. Heinricus* de *prunna. Heinricus* de *zekking.* Datum anno domini Millesimo ducentesimo duodecimo. Indictione XV.

Digitized by Google

Anno pontificatus Innocentii tertii pape XIII. Regni Ottonis imperatoris anno quarto. Ordinationis Meingoldi patauiensis Episcopi anno VII. ducatus nostri in Austria et Stiria anno decimo quinto.

Dr. v. Meiller reiht diese Verhandlung in den Babenberger Regesten (Seite 110. Nr. 102) vor dem 8. August 1212 ein, aus überzeugenden Gründen. (Note 362. Seite 253 u. s. w.)

XXVI.

1216, circa. — Herzog Leopold VI. (VII.) von Österreich und Steier bestätigt, dass die Klagsache des Abtes Wezelin von Göttweig gegen Ulrich Trumil (welcher einige Stiftsbesitzungen inne hatte, aber die jährliche Abgabe dafür nicht entrichten wollte) durch Vermittlung des Grafen Ulrich von Pernek dahin ausgeglichen worden sei, dass der Abt die Zahlung des bisher schuldigen Zinses dem Ulrich Trumil nachlies, dieser aber sich eidlich verpflichtete, fortan jährlich am St. Colmanns-Tage die festgesetzte Summe zu entrichten, widrigenfalls er ohne weiters aller Rechte auf die genannten Güter verlustig sein sollte.

[Original.]

In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. *Liupoldus* Dei Gratia Dux Austrie et Stirie. Omnibus Christi Fidelibus In Perpetuum. Eam principum decet esse considerationis industriam, ut non solum lites decidant, sed etiam fine debito decisas, vel transactione terminatas perpetuam studeant habere firmitatem. Inde est quod pro firmitatis robore uniuersitati fidelium uolumus constare, quod *Wezilinus* abbas Kotwicensis causam contra *Vlricum Trvemil* mouit pro eo, quod debitam annuatim pensionem XXII. solidorum de possessionibus *Shibz* [1]) et *Lôgental*, quas sub nomine ecclesie Kotwicensis possidebat, per plures annos uiolenter detinuit, et nec debitum soluere nec possessiones ipsas dimittere uoluit. Que causa mediante *Vlrico* comite de *Pernek* sub huius transactionis forma est decisa, videlicet quod interuentu predicti comitis abbas debitum de preterito remisit, *Vlricus* se data dextera uice sacramenti, predictam pensionem in festo Beati Cholomanni annuatim soluere obligauit, et si non solueret predicta die, proxima die post festum Cholomanni sine omni contradictione iurisdictionem perdisset, quas in predictis possessionibus habuit. Vt ergo ista transactio etiam apud heredes *Vlrici* rata et inconuulsa habeatur, utraque pars eam litteris nostris et sigilli nostri impressione muniri postulauit. Vnde paginam presentem pro certitudine facti huius conscribi uoluimus, et sigilli nostri inpressione roboramus. Testes autem qui huic transactioni intererant,

Digitized by Google

sunt hii. *Vlricus* comes de *Perneke*. *Adeloldus* de *chiv*. *Wolfkerus Chræwils*. *Hanricus* filius *Erchinberti* de *Stiven*. *Sifridus* de *Grifenstein*.

Ein ziemlich gut erhaltenes einfaches Reitersiegel des Herzogs (wie das bei Nr. XX beschriebene) befindet sich an der Urkunde. Dr. v. Meiller setzt diesen Vergleich zum Jahre 1216 in den Babenberger Regesten (S. 116. Nr. 128).

1) Shibz, jetzt Scheiz in der Pfarre Lichtenau, O. M. B. und unweit davon, bei Ladings, ist auch das Lugental, wie aus dem ältesten Dienstbuche erhellt: Scheibtz VI beneficia. de molendino aput ledings in Lugental V solid. denar. Diese Güter, nämlich „9 gestifte Häuser, 7 zu Scheuz und 2 zu Lugenthal", die Preinmühl und der Hainhof genannt, wurden im J. 1664 vom Abte Gregor II. (Heller) dem Herrn Adam Maxim. Grafen von Trautmannsdorf, Herrn zu Prunn und Lichtenau, tauschweise gegen Zehente in der dortigen Gegend überlassen.

XXVII.

1218. 26. Juni. (Lilienfeld?) — Herzog Leopold VI. (VII.) bezeugt, wie durch seine und des Bischofs Ulrich von Passau Vermittlung ein Rechtsstreit Heinrich's, Otto's und Heilka's von Morspach mit dem Stifte Göttweig über den Besitz einiger Güter, dahin beigelegt worden sei, dass die genannten Geschwister für eine Summe von 400 Pfund Wiener-Münze, allen ihren Ansprüchen auf diese Besitzungen entsagten.

[Original.]

In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Liupoldus dei gracia dvx Austrie et Styrie Omnibus presentem paginam inspecturis, salutem in perpetuum. Quia legum ecclesiasticarum sanxit auctoritas, ut propter labilem hominum memoriam, et iudiciales strepitus, in gestis causarum scripture testimonium requiratur, presenti pagina notari iussimus, qualiter *Gotwicensis* ecclesia in uillis *Chamb*, *Goznich*, *Strvnzenrevt*, et insula apud *Marchartesvrvar*, adepta sit tytulum canonice possessionis. Cum olim *Hoholdus* de *Chamb*, et filia sua *Ryhza* habitum religionis in monasterio Gotwicensi assumpsisset, idem *Hoholdus* duos in seculo filios reliquit, quorum unus *Ortwinus*, alter uero *Chunradus* uocabatur. *Ortwinus* uero cruce signatus, amore patris et sororis sue, pro parte hereditatis sue ecclesiam Gotwicensem instituit heredem. Hic nullo relicto herede obiit in partibus jerosolymitanis. *Chvnradus* uero frater suus aput eandem ecclesiam obtinuit, ut liceret ei partem fratris tempore uite sue nomine ipsius ecclesie possidere, conditione interposita, ut pars hereditatis, que ipsum contingebat, ad Gotwicensem ecclesiam etiam post mortem suam spectaret. Idem uero *Chunradus* post hec duxit uxorem uiduam nomine *Virginam*,

Digitized by Google

que habuit filiam nomine *Gisilam* per *Chunradum Chlorumph*, et eadem *Virgina* procurante *Chunrado* similiter obtinuit personale beneficium, ut liceret sibi easdem possessiones tempore uite sue a Gotwicensi monasterio possidere. Deinde *Gisila* nupsit *Wernhardo* de *Morspach*, de quo filios generauit. Mortuo *Wernhardo* de *Morspach*. eadem *Gisila* copulata est *Alramo* de *Houedorf*, et quia ad filios, quos de *Wernhardo* susceperat, tota deuoluebatur hereditas, ipsa *Alramo* predictas possessiones de facto, cum de iure non posset contulit, qui etiam eas pro sue uoluntatis arbitrio disponebat, nullam contradictionem a filiis *Wernhardi* sustinendo. Procedente tempore idem *Alramus* et uxor eius *Gisila* suspicantes a Gotwicensi monasterio, eo quod *Virgina* tantum ad terminum uite sue easdem possessiones obtinuerat, sibi litem inferri, filios *Wernhardi* in preiudicium Gotwicensis ecclesie, tamquam ipsi essent legitimi successores, ut per eos conventui resistere ualerent, in possessionem earundem uillarum secum pariter admiserunt, excepto iure instituendi et destituendi colonos. Demum *Heinricus* de *Chrôge* filius *Eberhardi*, eiusdem *Gisile* filiam, *Gisilam* nuncupatam in uxorem traduxit. Quibus Gotwicensis ecclesia quia in iure potiores uidebantur litem mouit, que mediante *Hademaro* de *Chvnnringen* per amicabilem compositionem fuit taliter sopita, ut conuentus Gotwicensis tam pro possessionibus supradictis, quam pro hominibus centum et X talenta ipsis persolueret. Hac pecunia soluta *Gisila* et maritus eius iuri suo si quod habere uidebantur, publice renuntiauerunt. Porro cum Gotwicensis ecclesia eorundem prediorum nacta esset possessionem, et diu in pace possideret, *Heinricus* et *Otto* fratres de *Morspach* coram nobis et domino *Vlrico* pataviensi episcopo predicto conuentui litem intulerunt, asserentes, quod eadem predia ad ipsos iure hereditario deuoluta, iniuste Gotwicensis ecclesia detineret, licet constaret, quod predictus conuentus per definitiuam iudicii sententiam ea optinuerat, et quia personalis extiterat concessio, et ideo ad heredes successio non currebat, et quod interuentu pecunie a legitimis heredibus erat renunciatio celebrata. Tandem nobis et predicto episcopo mediantibus tali transactione lis fuit sopita, ut ipsis fratribus *Henrico* et *Ottoni* et sorori eorum *Haylca* nuncupate, conuentus Gotwicensis quadringentas libras Wiennensis monete persolueret, et conuentus Gotwicensis easdem possessiones deinceps libere et pacifice possideret. Hec autem pecunia eodem anno, quo et

Digitized by Google

compositio fuit celebrata, statuto termino quater in anno fuit soluta. Vt autem hec rata et inconuulsa permaneant, et monasterium Gotwicense nullam amodo sustineat lesionem uel controuersiam uel calumpniam, presenti scripture sigilli nostri testimonium adhibemus, testes qui presentes aderant notari mandantes, quorum grauitas et honestas omnem calumpniam excludat. Quorum hec sunt nomina. Ex parte episcopi. *Heinricus* maioris ecclesie prepositus. *Chunradus* maioris ecclesie plebanus. Magister *Heinricus*. Magister *Marquardus*. De ministerialibus. *Hademarus* de *Wesen*. *Liutoldus* de *Sauerstetin*, *Heinricus* et *Otto* de *Morspach*, quorum causa agebatur. Ex parte ducis. *Chunradus* comes. *Hademarus* de *Chunringen*, et filii eius *Hademarus* et *Heinricus*. *Rudolfus* de *Potendorf*. *Irnfridus* de *Hintperch* et fratres sui. *Heinricus* de *Zebingen*. *Hademarus* de *Sunneberch*. *Chunradus* de *Arnsteine*, et frater eius *Albero*. *Meinhardus* de *Imzeinsdorf*. *Otto* de *Anzinberge*. *Liutoldus* de *Altenburch* et frater eius *Chunradus*, et alii quam plures. Acta sunt hec ipsa die, quando *Vlricus* pataviensis episcopus quatuor altaria prima in *lirnvelde* consecrauit, qua etiam die *Dux* licentiatus uiam ultra mare aripuit.

Anno domini Millesimo. Ducentesimo. X.° VIII.° Indictione VI.ta VI.° Kal. Julii.

Gut erhaltenes Münz-Siegel des Herzogs, wie solches Karl v. Sava im Verzeichnisse der bisher bekannten Figuren-Siegel der österr. Fürsten beschreibt (loc. cit. Seite 344. Nr. 19. d.).

Über das Actum und Datum dieser herzoglichen Urkunde handelt v. Meiller in den Babenberger Regesten S. 257, Note 382 mit bekannter Gründlichkeit. Über die vorkommenden Personen und betreffenden Güter *Chamb*, *Goznich*, *Strvnzenreut* und *Marchartesvrvar* ist im Saalbuche die Tradition Nr. CCLXXVII nachzusehen.

XXVIII.

1225, circa. Göttweig. — Abt Wezelin und das Capitel verleihen dem Meister Heinrich von Nalb für zwölf Talente zwei Lehen in Baumgarten, die jährlich Eine Fuder Wein dienen müssen, welches Erträgniss von demselben zur Stiftung eines Frohmahles für den ganzen Convent in Göttweig, und eines feierlichen Todtenamtes für sich und seine Voreltern bestimmt wird; auch überlässt er (Heinrich) die ihm gebührenden Pfarreinkünfte von Nalb den Klosterbrüdern auf zwei Jahre, unter gewissen Bedingungen.

[Original.]

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis. *Wezilinus* dei Gracia Gotwicensis Abbas, et totum eiusdem loci capitulum omnibus Christi

Digitized by Google

fidelibus in perpetuum. Vt ea que aput homines geruntur in perpetuum memorie mandentur et conserventur, nosse uolumus tam presentes quam futuros lecturos hanc paginam, quod nos de communi consensu dedimus Magistro *Heinrico* [1]) clerico nostro de *Naliub* duo beneficia in *Pomgarten* [2]) cum suis pertinentiis pro XII talentis hoc pacto, ut de eisdem beneficiis annuatim garrada uini ei soluatur, que tamen garrada in usus fratrum est reddita, ut totus conuentus in quadragesima uno die cum piscibus competenter exhibeatur, scilicet, ut dominis duo fercula piscium dentur, fratribus et dominabus unum, et conuentus solempnem vigiliam et missam defunctorum ob memoriam sui et parentum suorum cum signis sollempniter sonantibus debeat celebrare, procuratis eodem die de Cellario Conuentus VII pauperibus in pane et vino et uno ferculo, datis etiam per manum prioris qui procurat consolationem, piscibus et VII denariis eisdem pauperibus. Et eodem *Heinrico* sacerdote decedente sicut unius fratrum sacerdotum fiat eius memoria. Et ut hec promissio firmius in annos duret, opus singularis pietatis addidit, quod reditus ecclesie sue *Naliub* in usus fratrum per biennium contradidit, exceptionibus istis interpositis, quod utroque anno de eisdem reditibus *Vlrico* fratrueli suo ad studium tres marche per diligentiam abbatis mittantur. Et si infortunio aliquo idem *Heinricus* plebanus ultra mare, quod deus auertat, preoccupatus fuerit, quicquid per litteras, uel per certum nuncium sibi mittendum significauerit, omni occasione postposita mittatur. Et si de transmarinis partibus deo donante redierit, prebendam fratris in quocumque habitu uoluerit habeat. Firmata est autem hec actio in conuentu fratrum data dextera singulorum uice sacramenti, ut pactum hoc nunquam ab aliquo abbate irritetur, et si abbas irritare uoluerit a toto capitulo unanimiter reclametur, firmato hoc pacto tam abbatis, quam conuentus sigillo.

Diese Urkunde ist doppelt vorhanden, an beiden Exemplaren hängen die zwei angezeigten Siegel, das abteiliche und das des Conventes.

1) Dieser ist vermuthlich derselbe Heinricus Naeliubaere (Nalb bei Rötz, U. M. B.), welcher am 19. Sept. 1219 bei der Verhandlung des Bischofs Ulrich II. von Passau mit dem Geraser Abte Friedrich zu Mautern unter den weltlichen Zeugen erscheint. (Archiv f. Kunde österreichischer Geschichtsquellen. 1849. II. Jahrg. I. Band. 1. Hft. S. 13.) Leider ist die Zeit, der Zweck und das Ziel seiner Reise „*ultra mare*“ nicht angegeben. Nach seiner Rückkehr erhielt Heinrich im Kloster die bedingte Aufnahme und wurde nach des Abtes Wezelin Resignation (die vielleicht eben zu Heinrich's Gunsten geschehen), ungefähr in Mitte des J. 1231 zu dessen Nachfolger erwählt; aber schon nach einem Jahre trat er in den Dominikaner-Orden über, der damals, bald

Digitized by Google

nach dem Dahinscheiden des Stifters Dominicus († 1221), in Österreich Eingang gefunden und mehrere Klöster, zuerst in Wien (c. 1225), dann auch in Krems, erhalten hat. (Rauch, österr. Geschichte II. B. 351. 353. — Klein, Geschichte des Christenthums in Österreich, II. B. 149).

2) Baumgarten, bei Mautern. O. W. W. (?)

XXIX.

1225, circa. 8. October. Göttweig. — Abt Wezelin erhält vom Grafen Siboto von Herrantstein einen Hof in der Nähe des Göttweiger Berges zu ewigem Burgrecht, gegen jährliche Entrichtung eines halben Talentes Wiener-Münze.

[Original.]

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Omnium habere memoriam et in nullo posse penitus deuiare, cum potius sit deitatis quam humanitatis, non indecens esse uidetur si emptiones et contractus quoslibet scriptis et testibus ad memoriam hominum reuocentur. Notum sit ergo omnibus tam presentibus quam futuris scire uolentibus, quod *Siboto* comes de *Herrandesteine* [1]) consensu puerorum suorum dedit abbati *Wezloni* et confratribus suis in *Chotwico*, ad ius quod dicitur *purchrecht*, curiam quandam que uocatur *eselzhovpt* [2]) que uicina est monti in Chotwico in perpetuum seruiendam, et in signum stabilitatis et firmitatis predictus abbas *Wezlo* et confratres eius resoluunt annuatim de ipsa curia dimidium talentum winnensis monete. Hec autem acta sunt in *Chotwico* octauo idus octobris, papa *Honorio* in ecclesiam dei regente, *Friderico* imperatore regnante, existente *Gebhardo* episcopo Patauienssi ecclesie, dominante *Livpoldo* ducis (sic) Austrie et Styrie. Huius rei testes sunt. *Pilgerimus* [3]) plebanus de Herrandestein *Heinricus* de *gůtenturn*. *Etcho* miles de *Herrantstein*, *Livtoldus* de *hohenstovffe*. *Chunradus* frater eius. *Siboto Ammanus*. *Otto miles* de *fůrte*. *Chunradus* miles de *hornpach* et frater eius *Hadmarus*. *Gotfridus* de *prunne*, *Vlricus trovmel*. *Vlricus* et *Chunradus* de *horenpach*. *Albertus* uillicus de *palt*. *Tiemo* de *povdorf*. *Fridericus* de *fůrte*. *Ernest* de *furte*.

Mit Rücksicht auf die in der Urkunde genannten Personen ist diese Schenkung innerhalb der Jahre 1222 — 1227 geschehen; im ersteren wurde Gebhard Bischof von Passau (nach Buchinger, I. 201 schon zu Ende 1221); im letzteren starb Papst Honorius III. (18. März 1227).

An der Urkunde hängt nebst dem alten Conventsiegel auch das grosse ovale Siegel des Grafen Siboto, darstellend einen auf 3 Kugeln stehenden nach rechts gewendeten Falken mit der Umschrift *Comes Siboto de Herrande-*

Digitized by Google

steine. (Vgl. Fontes Rer. Austr. II. Abth. I. Band. Diplom. miscell. Seite 319, Siegel Nr. 18.)

1) Siehe Saalbuch, Tradition Nr. CCCXXV.

2) Ein Hof in Furt am Fusse des Göttweiger Berges. (Vgl. den Falkensteiner Codex in Monum. boic. VII. 454. Eselshopen, Eselshouen, und loc. cit. XIX. II. 216. „Ista uacare ceperunt per mortem comitis de Herranstein“: Hauleiten (Hausleuten U. M. B. ?, oder der einst gleichnamige Ort bei Hasendorf, O. W. W. Archiv f. K. ö. G. 1853, IX. 294, Note) Meurlinge (Meidling unweit des Stiftes), et *curia villicationis* sub monte Chotwico etc.).

3) Peregrinus (Piligrim), Pfarrer zu Herrantstein, erscheint im Jahre 1233 als Zeuge in einer Lilienfelder Urkunde. (Hanthaler, Recens. diplom. I. 75. Vgl. Kirchl. Topographie VII. B. 178 — 187. Chmel's Geschichtsforscher I. 541 — 548.)

XXX.

1231. 17. April. — Heinrich I. von Chunring stellt auf Ansuchen des Abtes Wezelin und zur Seelenruhe seines verstorbenen Bruders Hademar einige dem Stifte entzogene Wiesen im Axwald wieder zurück, und erlässt zugleich auf immer die jährlich ihm geleistete Steuer von einem Wirthschaftshofe bei Spitz.

[Cod. Privilegiorum Fol. 17. verso.]

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Quoniam orta sub sole cum ipso simul occidunt sole et quia processu temporis memorie hominum multa elabuntur, et sicut corpora alternantur, alternantur et mentes, recordatione digna durantibus scriptorum indiciis sapientum censentur roboranda. Notum sit ergo presentibus et futuris litteras presentes inspecturis, quod ego *Heinricus* de *Chunring*, Marscalcus Austrie, ob venerationem gloriose dei et hominis genetricis et perpetue semper virginis, et ad peticionem domini *Wezlonis* venerabilis tunc Gottwicensis ecclesie Abbatis, et pro remedio anime fratris mei *Hademari* eo anno defuncti [1]), prata quedam eiusdem ecclesie super *Axwald* [2]), que suggestione quorundam de nostris nostra reputantes, iurisdictioni nostre frater meus et ego vindicaverimus, memorate ecclesie, sicut sua prius erant, redonavi et steuram, que de sua curia *Möstinkch* [3]) dari nobis consueverat, pro dilectione matris misericordie et salute mea perpetuo relaquavi. Ut autem hec pratorum redonatio et steure relaxatio apud heredes fratris mei et meos rata permaneat, presentis pagine subscriptione et sigilli mei appensione et testium subnotacione prout firmius potui stabilivi. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini Millesimo

Digitized by Google

ducentessimo tricesimo primo. Indictione quarta, quinto decimo Kalendas Maii, presidente sedi apostolice *Gregorio nono*, et imperante *Friderico* secundo. Et hii sunt testes: *Syfridus* Capellanus, *Pilgrimus* notarius meus, *Otto* frater suus, plebanus de *Espeinstorff*, *Otto* de *Wormze*, *Hartwicus genselo*, *Bernhardus* pincerna, *Fridericus Swanzo*, *Fridericus* camerarius, Heinricus Iudex, *Heinricus* Gottwicensis, *Chunradus*, *Ulricus*, *Chunradus* et *Hademarus* de *Hornpach*, *Otto* de *Chueslag*, et alii quam plures, quorum nomina propter compendium subticentur.

1) Hademar (III. d. N.) von Chunring starb demnach schon Anfangs des Jahres 1231, nicht erst im J. 1233, wie man bei Wissgrill (l. c. II. 50) angegeben findet. Die meisten österr. Annalen erzählen „1231. *Orta est dissensio inter illustrem ducem Austrie et Stirie Fridericum et fratres de Chunringe, Hademarum scilicet et Heinricum.* Hademarus moritur *et in claustro suo Zwetel a venerabili Pataviensi episcopo Gebhardo sepelitur.* (Pertz, Monum. Germaniae Tom. XI. pag. 626, 627, 637, 726.)

2) Der Axwalt (gewöhnlich Ochswald) erstreckt sich um Gansbach und Gurhof, wo unser Stift noch jetzt einige Besitzungen hat. (Vgl. Nr. XLIII.)

3) Später der Müstinger- oder auch Mäuslinghof genannt (Weiskern. Topographie I. 398) eigentlich Misslinghof, da er am Misslingbache *(Mystrica)* unterhalb Spitz liegt. (Schweickhardt, V. O. M. B. II. 153.)

XXXI.

1232. — 3. März. Erdburg. — Herzog Friedrich II. von Österreich und Steier, Herr von Krain, überlässt — gleich seinem Vater Leopold, welcher auf das Vogteirecht über gewisse Göttweiger Besitzungen gegen eine jährliche Leistung von 250 Mut Hafer verzichtet hatte — die ihm von seinem Ministerialen Wichard von Zebingen anheimgefallene Vogtei über einige Stiftsgüter dem Gotteshause, für eine jährliche Abgabe von 100 Mut Hafer Neuburger Masses. Zugleich bestimmt er auf die Bitte des Abtes und Conventes, dass statt der 40 Talente Landpfennige, welche das Stift, nach einer Verordnung Herzogs Friedrich I. dem Landrichter in Tulln als Ablösung seiner Gerichtsbarkeit zu bezahlen hatte, von nun an 100 Mut Hafer entrichtet werden.

[Original.]

† In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. *Fridericus* dei gracia Dux Austrie et Stirie et dominus Carniole [1]) Uniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Cum teste scriptura melius sit nomen bonum, quam unguenta preciosa, nos sicut patres nostri pro deo et salute nostra et bona fama, quam negligere non debemus, ad tuicionem et indempnitatem ecclesiarum, que per terras nostras constitute sunt operam dare uolumus diligentem. Hinc est quod presenti pagina

Digitized by Google

constare uolumus tam presentibus quam futuris, quod cum pie memorie pater noster *Livpoldus* Dux Austrie et Stirie, priuilegium[2]) dederit ecclesie Kothwicensi, quatinus ei de quibusdam eiusdem ecclesie possessionibus CC^{ti}. L^{ta}. Modii auene, que uulgo dicitur Marchuûter, annuatim ab Abbate illius loci soluerentur, Nos quoque uestigiis patris nostri inherentes, iam dicte ecclesie pro commodo et profectu eius omnem aduocaciam in bonis ipsius, que nobis a *Wichardo* de *Zebingen*[3]) ministeriale nostro, uacare ceperat, perpetuo iure contulimus, ea scilicet ratione, ut C^{m}. Modios auene Newenburgensis Metrete nobis inde ecclesia persoluat annuatim. Itemque XL^{ta} talenta que uulgo dicuntur Lantpfenninge, super quibus soluendis iudici nostro de Tulna, ne aliquam iurisdictionem in homines ecclesie haberet, priuilegium acceperat a felicis memorie patruo nostro *Friderico*, quondam Duce Austrie, in C^{m}. Modios auene Newenburgensis metrete, ad instanciam precum Abbatis et conuentus supradicte ecclesie fecimus commutari, ita dumtaxat, ut nullus iudicum nostrorum nec citra nec ultra danubium, aliquam habeat iurisdictionem in bonis illis, in quibus soluitur hec auena, nisi forte aliquis morte condempnandus in bonis illis repertus fuerit, quem tamen iudex noster propria auctoritate non usurpabit, sed retentis bonis illum sicut cingulo accinctus fuerit, nostro iudici homines ecclesie assignabunt. Ut autem hec rata et inconuulsa sine fine maneant, presentem paginam sigilli nostri inpressione fecimus roborari. Testes huius rei sunt. *Liupoldus* Canonicus Patauiensis. *Vlricus* de *Witzlistorf* scriba. *Chadoldus* Dapifer de *Veldesperch*. *Wichardus* de *Arenstaine*. Otto Dapifer de *Ottenstaine*. *Vlricus* de *Chirchelinge*. *Haertnidus* de *Sahsengange*. *Albero* de *Swarcenowe*. *Albertus* Camerarius de *Lahsendorf*. *Wolfkerus* de *Parowe*. *Chunradus Piber*, et alii plures. Acta in *Erpurch*, V.° Nonas Martii. Anno domini M.° CC°. XXXII°. Indictione Quinta.

An der Urkunde hängt das gut erhaltene Münzsiegel des Herzogs, an der Vorderseite mit dem Bindewappen im Schilde, auf der Kehrseite mit dem steierischen Panther. Es ist grösser als die Abbildung bei Herrgott l. c. tab. IV. n. 1. (Vgl. Karl von Sava l. c. 322. 340. Nr. 23 b.)

1) Nach Dr. v. Meiller's Bemerkung in den Babenberger Regesten (Note 432. S. 263) führt Herzog Friedrich II. hier zum ersten Male den Titel: dominus Carniole, somit schon um Ein Jahr früher, als Rauch in seiner österreichischen Geschichte (II. B. S. 416. §. 31) nach den damals (1780) bekannten Urkunden angibt.

Digitized by Google

2) Eine Urkunde oder genauere Aufschreibung über dieses Privilegium Leopold's VI. (VII.) ist leider nicht mehr vorhanden.

3) Wichard von Zebing wurde 1232 in Wien ermordet. (Annales Austriae in Pertz, Monum. Germaniae Tom. XI. 626. 627. 637. 727.)

XXXII.

1232. 23. März. Erdburg. — Hademar von Sonnberg entsagt seinem Vogteirechte über die Stifts-Besitzungen in Tern, und erklärt dieses Amt fortan nur um Gotteslohn ausüben zu wollen, so dass alle dortigen Vogtei-Erträgnisse dem Stifte zukommen sollen. Den darüber ausgefertigten Verzichtbrief lässt Hademar nach Wunsch des Abtes und Conventes von dem Landesfürsten und seinem Verwandten Heinrich von Chunring durch Beifügung ihrer Siegel bestätigen.

[Original.]

In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Ad exstirpandam obliuionis maculam decreuerunt sapientes scripture facta hominum commendari. Hinc est quod nosse uolo tam presentes quam futuros, quod ego *Hademarus* de *Svnnenberch* aduocatiam quam in bonis ecclesie Kotwicensis in uilla que dicitur *Tern* [1]) habebam, pro deo et salute mea de consensu heredum meorum eidem ecclesie resignaui, ita ut ususfructus quem ratione aduocatie ibidem habui, cedat ecclesie, ego autem et heredes mei eadem bona solius dei intuitu, sine omni commodo defendamus. Si uero, quod absit, uel ego uel heredes mei aliquid contra id uelimus adtemptare, sit in optione ecclesie Kotwicensis, eligere sibi super predicta bona quem uoluerint aduocatum. Vt autem hec firma sint et inconcussa, sigillo domini mei *Friderici*, tunc ducis *austrie* et *styrie* et domini *karniole*, et *Heinrici* de *Chvnringe*, tunc marschalci *austrie*, cognati mei et meo, ad peticionem domni *Hanrici* tunc abbatis et conuentus ecclesie kotwicensis feci in perpetuum roborari. Testes huius rei sunt. *Heinricus* marscalcus de *Chunringe*. *Levpoldus* canonicus pataviensis. *Vlricus* de *Wizilinsdorf* scriba. *Chadoldus* dapifer de *Veldisperch*. *Chadoldus* de *Pomgartn*. *Hademarus* de *Erinstprunne*. *Hermannus* de *Chranchperch*. *Heinricus* de *Prvnne*. *Irinfridus* de *hintperch*. *Otto* de *Ottenstein*. *Albero* de *Swarzenowe*. *Hvnilo spismaster* et alii quam plures. Acta in *Erpurch* anno domini M.° CC.° XXX.° II.° X.° kalendas aprilis.

Die drei angezeigten Siegel hängen wohlerhalten an der Urkunde. Zuerst das Reitersiegel *Heinrici de Chunringen*, wie in Hanthaler's Recens. dipl.

Digitized by Google

geneal. tab. XXIX. Nr. IX. — In der Mitte das landesfürstliche Reitersiegel mit dem Bindeschilde. — Dann das grosse dreieckige Siegel *Hadamari de Sunberch*, ähnlich dem bei Hanthaler, l. c. tab. XLV. Nr. XVIII.

1) Siehe Saalbuch, Tradition Nr. LXVIII.

XXXIII.

1232. 7. Juni. Wien. — Abt Heinrich von Göttweig überlässt mit Einwilligung seines Capitels dem Pfarrer Ulrich von Witzelsdorf auf Lebenszeit um 60 Talente den Fruchtzehent in Scharndorf und auch den schon früher, aber unrechtmässiger Weise besessenen Zehent in Leubmannsdorf, wofür Ulrich ein anderes dort liegendes versetztes Zehentgut des Stiftes einlöst und ausserdem jährlich einen Hausen zu liefern verspricht. Der ganze Vertrag wird durch Anhängung des landesfürstlichen Siegels gesichert.

[Original.]

In Nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Ne gestarum rerum noticia processu temporis euanescat, litterarum memorie commendatur. Innotescat igitur tam presentibus quam futuris, quod ego *Heinricus* dei gracia ecclesie kotwicensis abbas et totus conuentus eiusdem ecclesie, decimas ecclesie nostre in uilla que dicitur *Schorindorf*, tam maiores quam minores, domino *Vlrico* plebano de *Wizilinsdorf*, tunc scribe Austrie, de communi consilio et consensu pro lx^ta^ talentis concessimus ad tempora uite sue, exceptis decimis uini et uno beneficio, quod quidam *Vlricus*, cognomento *Trêsmær*, a nobis habet, et diu habuit jure feudi. Sed quia predictus *Vlricus* plebanus decimas uille *Levbmanesdorf* ad ecclesiam nostram jure spectantes contra bonam voluntatem nostram et suam consciencium possidebat, tamquam vir prudens et timens dominum, unum beneficium decimarum predicte uille, quod aliunde fuerat obligatum in usus et possessionem ecclesie nostre redemit, et annuatim nobis piscem, qui dicitur Huso dare promisit, ut de bona uoluntate nostra iam dictas decimas tantum ad dies uite sue possideat et si quid prius in detentione earundem decimarum deliquerat sibi ex corde remitteremus, quod utique animo gratanti fecimus et libenti, et in signum bone uoluntatis nostre et deuotionis ipsi omnium oracionum nostrarum dedimus communionem [1]). Vt autem hec omnia rata permaneant atque firma, sigillis domini nostri *Friderici*, tunc ducis Austrie et stirie, et domini *Leupoldi* canonici pataviensis, et predicti domini *Vlrici* scribe de *Wizilinsdorf*, communiri fecimus ad cautelam, nominibus testium subnotatis, qui sunt. *Heinricus* prepositus patauiensis. *Liupoldus* domini prepositi

Digitized by Google

subdiaconus. *Chunradus* de *patzmansdorf*, et *Marchwardus* de *lichtenwart* plebani. *Otto* de *Ottenstein*. *Liupoldus* quondam pincerna. *Perchtoldus teschelo*. *Sifridus* de *Saraxdorf*. *Martinus*. *Ludwicus*. *Vlricus* hospes. *Chunradus* de *weitginsdorf*. Et alii plures.

Acta sunt hec *Wienne*. Anno ab incarnatione domini M.° CC.°XXXII.° VII. Idus Junii.

An der Urkunde ist das Reitersiegel Herzog Friedrich's II. mit dem Bindewappen; und ein kleines ovales Siegel *Vlrici Scribe* befestigt; das angezeigte dritte Siegel des Passauer Domherrn Leupold ward nicht daran gehängt.

1) Über die damals übliche Aufnahme vorzüglicher Gönner und Wohlthäter des Klosters in die geistliche Bruderschaft (*participatio bonorum operum*; *communio omnium orationum*) und dergleichen fromme Verträge überhaupt, siehe Keiblinger's lehrreiche Bemerkungen in der Geschichte Melks I. 292 ff.

XXXIV.

1232. Wien. Im Schottenkloster. — Eine gewisse Reichardis schenkt ihren Weingarten bei Chorhern dem Gotteshause Göttweig.

[Original.]

Pateſiat uniuersis hanc paginam inspecturis, quod Ego *Reichardis* vineam in *Charecharn* [1]) in salutem et remedium tam patris quam matris et omnium parentum meorum et meam, adhuc me uiuente Ecclesie contuli Chotuuicensi, presentibus auunculis meis *Hanrico* et *Hartmut* et Notario Domini Ducis domno *Vlrico* de *Wizleinstorf*, *Bertholdo Toscelone*, *Vlrico* hospite, *Chunrado* de *Weikenstorf*, *Gerungo* institore et ad presenciam tocius conuentus scotorum in *Winna* et precipue *Wilhalmo*, *Jacobo*, et aliis quam pluribus. Acta sunt hec in Monasterio sancte Marie scotorum in *Winna*. Anno dominice Incarnationis M.° CC. XXX. II. Ut autem hec rata permaneant sigillo capituli scotorum et domni *Vlrici* Notarii presentem cedulam iussimus roborari.

An der Urkunde hängt nur das gut erhaltene ovale SIGILLUM VLRICI SCRIBE; das Siegel des Schottner Capitels fehlt.

1) Das jetzige Pfarrdorf Chorhern im Tullnerfelde, O. W. W.

Digitized by Google

XXXV.

1233. (Salzburg.) — Der Decan, der Schatzmeister und der Cantor der Salzburger Kirche machen dem Abte und Convente zu Göttweig bekannt, dass sie vom Papste Gregor IX. beauftragt seien, die bei ihm vorgebrachte Klagsache des Abtes von Rot gegen Göttweig betreffs einiger streitiger Besitzungen zu untersuchen und schliesslich zu entscheiden. Der Abt möge desshalb zur Verantwortung am 23. Juni entweder selbst nach Salzburg kommen oder einen bevollmächtigten Sachwalter schicken.

[Aus einem Copialbuche.]

C. Decanus, *H.* Thesaurarius, *D.* Cantor, Salzepurgenses, Judices a sede apostolica delegati, Dilectis in Christo fratribus Electo [Abbati] et Conventui in *Chotwico* salutem cum fraterne dilectionis affectu. Innotescat discretione vestre nos litteras et mandatum apostolicum recepisse in hunc modum: „Gregorius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Decano, Thesaurario et Cantori salzpurgensibus Salutem et Apostolicam benedictionem. Dilecti filii Abbas et Conventus de Rothe nobis conquerendo monstrarunt, quod Abbas et Conventus de Chotwige, pataviensis dioecesis, quoddam predium et alias res ipsorum contra iustitiam detineant et reddere contradicant. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam, et appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmitus observari. Testes autem, qui fuerunt nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint per censuram eandem appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Data Anagnie VI. kalend. Decembris, Pontificatus nostri anno sexto.“ — Mandatis igitur apostolicis contraire non audentes, Vos, ut ad respondendum per Vos, vel per responsalem sufficienter instructum venire possitis parati, diem et locum in maiori Ecclesia *Salzpurgensi*, in vigilia Joannis Baptiste Vobis peremptorie prefigimus. Ut autem super dilatoriis, que frequenter labores multiplicant et expensas, iudiciaria prouideatur auctoritate, predium *Swarzach* dictum in petitione Vobis specificatur, salvo iure addendi uel diminuendi.

Seit Abschluss des Vergleiches zwischen den Äbten Wernher von Göttweig und Luther von Rot im Jahre 1152 (siehe Urkunde Nr. XIV) war unser Stift im ruhigen Besitze des Gutes Schwarza (jetzt Schwarzau) durch

Digitized by Google

80 Jahre. Da erhob Abt Heinrich von Rot um das Jahr 1232 von neuem Ansprüche darauf, und brachte seine Klage sogar vor den päpstlichen Richterstuhl. Gregor IX. (gewählt am 19. März 1227) erliess von Anagni aus am 26. Nov. 1232 ein Schreiben an die oben genannten Officialen der Salzburger Domkirche, worin er ihnen befahl, beide Parteien zu berufen und zu vernehmen, ihre Rechte zu prüfen und den Streit zu beenden. Sie schickten demnach (Anfangs d. J. 1233) obige Citation mit dem eingeschalteten päpstlichen Breve nach Göttweig. In dieser Citation ist der Name des Abtes nicht ausgedrückt, es heisst nur „Electo", woraus zu schliessen, dass eben damals der Abt von Göttweig erst erwählt, aber noch nicht geweiht war. Abt *Heinrich II.* (dens. Zahn, Zant) nämlich, der nach seines Vorgängers Heinrich I. (de Nelib) Übertritt zum Dominikaner-Orden (1232), zum Vorsteher des Stiftes erwählt worden, konnte die Bestätigung in seinem Amte und die Weihe vom Diöcesanbischofe nicht sogleich erlangen, weil das Bisthum Passau nach Gebhard's Resignation zu Rom (1232) bis zum August 1233 unbesetzt war. (Buchinger, Geschichte des Fürstenthums Passau. I. 206.)

XXXVI.

1233. — Dieselben päpstlichen Schiedsrichter bestimmen dem Abte von Göttweig den 29. November als zweiten Termin zum Erscheinen in Salzburg.

[Original.]

C. dei gratia decanus. *H.* custos et *D.* cantor *salzburgenses*, iudices a sede apostolica delegati venerabili in Christo domino et fratri abbati *chotvvicensi* salutem et orationes in domino. Licet sepe petentibus nunciis uestris inducias uobis concessimus, contradicente tamen aduersario uestro uenerabili abbate de *Rot*, pensatis tamen impedimentis uestris legitimis aliisque circumstanciis, deferendum uestre duximus honestati. Sed nunc cum magna peciit instantia, constitutus personaliter coram nobis ut tandem denuo uos euocando ad negocium accedere dignaremur. Cum igitur sicut nostis causam non possimus amplius prorogare, uos ad presentiam nostram peremptorie citamus, terminum uobis vigiliam sancti Andree proximam et locum claustrum maioris ecclesie *salzburc* prefigentes, sciturі quod si tunc uenire non curaueritis uel sufficientem mittere responsalem pro uobis ex tunc in causa quantum poterimus de iure procedere non obmittemus.

An dieser zweiten Citationsurkunde befinden sich 3 kleine Siegel, wovon nur das erste noch kennbar ist und die Umschrift zeigt: Chuno Decanus Salzpurg. Die zwei andern sind ganz verwischt.

Abt Heinrich von Göttweig unternahm zwar die Reise nach Salzburg, musste aber nach erlittenen grossen Gefahren unverrichteter Sache wieder nach

Digitized by Google

Hause zurückkehren, und da ihm die Canoniker keinen andern sicheren Ort zur Vernehmung bestimmen wollten, so wendete er sich mit seiner Beschwerde an den Papst selbst und bat um Ernennung anderer Untersuchungsrichter. Gregor IX. beauftragte durch ein von Perugia am 8. December 1234 erlassenes Breve den Abt von Garsten, den Propst von St. Florian und den Dechant von Enns mit der Untersuchung des Sachverhaltes, wie aus den folgenden Documenten erhellt.

XXXVII.

1235. — Ulrich, Abt von Garsten, Bernhard, Propst von St. Florian, und Wernher, Dechant von Enns, als vom Papste delegirte Richter fordern den Abt Heinrich von Rot auf, am 30. April zu Vöcklabruck in der Capelle des heiligen Ägidius zu erscheinen, um vor ihnen sich zu verantworten über die Klage des Abtes von Göttweig.

[Original.]

Reuerendo in Christo patri et domino. *H.* Venerabili Abbati Rotensi, et eiusdem loci collegio, Abbas de Gersten, Prepositus S. Floriani et Decanus de Anaso, Pataviensis dyocesis, Judices a sede apostolica delegati, deuotas orationes et fraternam in domino caritatem. Scripsit nobis dominus noster Papa in hunc modum: „Grego„rius episcopus seruus seruorum dei, Dilectis filiis Abbati de Gersten, „Preposito S. Floriani, et decano de Anaso, Patav. dyoc. Salutem et „apostolicam benedictionem. Dilectus filius Abbas de Chotwico sua „nobis petitione monstrauit, quod cum Abbas Rotensis, frisigensis „dyoc. ipsum super *Swarza*, et quibusdam aliis uillis, possessionibus, „et rebus aliis coram decano Salzpurgensi et suis coniudicibus aucto„ritate apostolica conuenisset, quia dicti iudices ad locum non tutum „citantes eundem, aliumque sibi securum assignare contra iusticiam „denegarent humiliter requisiti, idem senciens indebite se grauari, „nostram audienciam appellauit. At ipsi legitima ejus appellatione „contempta, partem alteram in possessionem rerum ipsarum preter„misso iuris ordine induxerunt. Ideoque discretioni vestre per aposto„lica scripta mandamus, quatenus si est ita, reuocato in statum debi„tum quicquid post apellationem huiusmodi inueneritis temere „attemptatum in causa ipsa iuxta priorum continenciam litterarum „apellatione remota ratione preuia procedatis. Alioquin partes ad „priorum iudicum remittatis examen, inpetentem in expensis legitimis „condempnando. Testes autem qui fuerunt nominati, si se gratia, odio, „uel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione

Digitized by Google

„cessante, cogatis ueritati testimonium perhibere. Quod si non omnes „hiis exequendis poteritis interesse, duo uestrum ea nihilominus exe„quantur. Datum Perusii, VII.° Idus Decembris. Pontificatus nostri „anno VIII.°“ — Nos igitur auctoritate apostolica citamus uos peremptorie, diem et locum uobis prefigentes II. Kalend. Maii, in vigilia apostolorum Phylippi et Jacobi, in *Veclapruke*, in capella S. Egidii, districte mandantes ut hora diei tercia ibidem super querimonia Abbatis Chotwicensis responsuri finaliter compareatis. Alioquin, quantum de jure poterimus, in iudicio procedemus.

An dieser und den nächstfolgenden vier Urkunden hängen die wohlerhaltenen Siegel: Dealrici Abbatis Garstensis (Ulrich I. 1233–1239); — Prepositi de domo Sti Floriani (Bernhard 1224—1240); — und Wernardi (Wernheri?) Anasensis Decani.

XXXVIII.

1235. — Dieselben citiren den Abt von Rot zum zweiten Male peremptorisch nach Vöcklabruck, um seinen Streit mit dem Kloster Göttweig untersuchen und beendigen zu können.

[Original.]

Reverendo in Christo patri et domino *H.* venerabili *Rotensi* abbati. *V.* Abbas de Gersten, et *P.* prepositus sancti Floriani, et *W.* decanus de Anaso, Judices a sede apostolica delegati, deuotas orationes et reuerentiam. Quia fratres vestri monasterii in tantum uersi sunt amentiam, ut nuntium nostrum fratrem conuersum, ferentem mandatum apostolicum, in iniuriam et ignominiam sedis apostolice spoliauerint et uerberibus afflixerint, conantes inpedire citacionem, quam uobis direximus, nos ad remouendas excusationes in peccatis iterum peremptorie et sollempniter uos citamus, diem, et locum uobis prefigentes in *Veclabruke* in capella sancti Egidii, proxima secunda feria post ebdomadam pentecostalem pridie nonas Junii, auctoritate apostolica mandantes, ut ibidem coram nobis compareatis, uolumus enim negotio, quod uertitur inter uos et Abbatem Gottwicensem super possessionibus in *swarza* debitum finem imponere. Licet autem in priori citacione tenorem autentici uobis transmiserimus, iterum ipsum inserimus, ut parcamus laboribus partium et expensis, ne per dilationes frustratorias fatigentur. Hic est autem tenor mandati apostolici. „Gregorius, etc. (ut supra).

Die Mönche von Rot suchten die Gerichtsvorladung ihres Abtes gewaltsamer Weise zu verhindern, indem sie den Laienbruder, der das Schreiben

Digitized by Google

überbrachte, dessen beraubten und misshandelten. Die Richter mussten desshalb eine zweite Aufforderung an den Abt ergehen lassen, am 4. Juni, Montags nach der Pfingstwoche, in der Capelle des h. Egidius zu Vöcklabruck (einem Städtchen an der Poststrasse von Linz nach Salzburg) vor ihnen zu erscheinen.

XXXIX.

1235. — Abt Heinrich von Göttweig wird durch die päpstlichen Bevollmächtigten vom Kirchenbanne, den die früheren Richter auf Betrieb seines Gegners über ihn ungerechter Weise verhängt, losgesprochen und im Besitzrechte der angestrittenen Güter bestätigt.

[Original.]

Reverendo in Christo patri et domno *H.* venerabili Abbati Chotewicensi, *Vl.* Abbas de Gærsten, *B.* prepositus de domo s. Floriani, *W.* decanus de Aneso, iudices delegati, deuotas orationes et obsequium. Quia Abbas Rotensis in preiudicium vestrum missionem in possessionem bonorum, de quibus uobis controversiam mouit, et sententiam excommunicacionis contra uos procurauerat, nos diligenter auctoritate nobis iniuncta a sede apostolica, iudicum ab eo impetratorum processum examinauimus, et testes vestros super periculis in veniendo *Salzpurgam* et redeundo domum audivimus, et eorum adtestationibus publicatis, quicquid post appellationem legitime ex parte vestra interpositam adtemptatum fuerat, in irritum reuocauimus, sententiam excommunicacionis tanquam a non suis iudicibus latam nullam esse iudicantes, et possessionem bonorum vobis restituimus, contradictores et resistentes per censuram ecclesiasticam compescendo.

XL.

1235. — Dieselben berichten dem Herzoge Friedrich II. von Österreich und Steier den Sachverhalt und ihre richterliche Entscheidung des Streites zwischen den Klöstern Rot und Göttweig über die Güter in Schwarza; zugleich bitten sie ihn, er möge die dortigen Göttweiger Besitzungen schützen und den Herren von Pütten, als Vögten, die nöthigen Befehle dazu ertheilen.

[Original.]

Serenissimo principi *F.* inclyto duci Austrie ac Styrie. *Vl.* Abbas de Gaersten, *B.* prepositus de domo s. Floriani, *W.* decanus de Aneso, iudices ab apostolica sede delegati, deuotas orationes in domino. Significamus excellencie vestre, quod Abbas Rotensis, frisingensis diocesis, quasdam literas a curia romana tacita ueritate impetrauerat, per quas nitebatur possessiones in *Swarza*, que spectant

Digitized by Google

ad monasterium Chotewicense per maliciam disturbare. Verum quia eadem causa per appellationem a curia romana nobis est delegata, nos ejusdem cause meritis diligentius examinatis, partibus coram nobis constitutis, quicquid erat contra iusticiam adtemptatum, cassando irritauimus. Ne autem Abbas Rotensis per fauorem aduocatorum aut violentiam monasterium Chotewicense deinceps audeat inquietare, supplicamus serenitati vestre, vt in eisdem possessionibus Chotewicense monasterium defendatis, precipiendo aduocatis domino *H.* et *O.* de *Pvtin*, ut abbatem Rotensem ab iniusta inuasione compescant et omnia occasione huius litis ablata restituant, et homines colonos, in eisdem possessionibus habitantes, secundum antiquam consuetudinem Abbati Chotewicensi seruire precipiant.

XLI.

1235. — Dieselben geben den Pfarrern in Gumpoldskirchen und Grillenberg den Auftrag, dass sie sich nach Schwarza verfügen und die dortigen Unterthanen zum Gehorsam gegen den Abt von Göttweig und seine Amtsleute verhalten; auch sollen sie die Vögte auffordern, dass sie pflichtmässig jeden ferneren Eingriff des Abtes von Rot verhindern, und die Zurückgabe alles Entzogenen bewerkstelligen.

[Original.]

Vl divina miseratione Abbas de Gaersten, *B.* prepositus de domo s. Floriani, *W.* decanus de Aneso, iudices ab apostolica sede delegati Dilectis in Christo fratribus, *C.* in *Gumpoltskirchen*, et *S.* in *Grillenperge* [1]) plebanis sinceram dilectionis constantiam. Nouerit dilectio vestra, quod causam appelationis ex parte Abbatis Chotwicensis contra Abbatem Rotensem super possessionibus in *Swarza*, partibus coram nobis constitutis diligentius examinauimus et legitimam fuisse iudicauimus. Quicquid ergo ea interposita adtemptatum fuit per missionem in possessionem bonorum, in irritum reuocauimus. Auctoritate igitur nobis iniuncta vobis districte precipimus, ut ad easdem villas accedatis, et hominibus sub pena excommunicacionis mandetis, ne ad abbatem Rotensem aliquem habeant respectum, sed Abbati Chotewicensi et suis officialibus obediant, seruiant, et secundum antiquam consuetudinem obsequantur. Aduocatis quoque domino *Heinrico* et *O.* fratri suo de *Pvtin* [2]) auctoritate apostolica districtissime precipite, ut Abbatem Rotensem ab inuasione Chotewicensis monasterii in eisdem bonis compescant, et nullam deinceps vim inferre permittant, et si quid retentum est occasione huius dissensionis, Abbati Chotewicensi cum integritate restituatur.

Digitized by Google

1) Gumpoldskirchen unweit Baden, und Grillenberg bei Potenstein sind nur einige Stunden von *Schwarzau* entfernt, welches am Steinfelde zwischen W.-Neustadt und Neunkirchen liegt und von dem gleichnamigen Markte im Gebirge hinter Gutenstein wohl zu unterscheiden ist. (Schweickhardt, Darstellung des Erzh. Österreich u. d. Enns, V. U. W. W. Theil VI. 28 — 31 u. ff. Kirchl. Topographie I. Abth. V. B. Potenstein; Grillenberg, S. 103 u. ff.)

2) Heinricus et Offo, fratres de Putin erscheinen schon im J. 1222 in einer Urkunde Herzogs Leopold VI. (VII.) für das Kloster Formbach. (Regesten der Babenberger. S. 130. Nr. 178. Vgl. Aquil. Caesar., Annal. Duc. Styriae. I. 813.) Das Schloss Pütten ist in der Nähe von Schwarzau, südöstlich gelegen.

Trotz dieser richterlichen Entscheidung des Streites zu Gunsten Göttweigs ruhte der Gegner nicht, und brachte es vermuthlich durch seine Machinationen dahin, dass unser Abt Heinrich II. im J. 1237 seines Amtes entsetzt und eingekerkert wurde, da es im Verzeichnisse der Stiftsäbte am Schlusse des Saalbuches von ihm heisst: „Heinricus Abbas (dictus dens) annos V et anno VI. obiit in captivitate.“ — Jedenfalls ist die Vermuthung eines älteren Hausannalisten wahrscheinlicher, dass Abt Heinrich in Folge des Processes mit Rot ein so trauriges Schicksal hatte, — als die ganz unbegründete und lieblose Behauptung des Ämilian Janitsch (in seiner „kurz abgefassten Geschichte des Benedictiner-Stiftes Göttweig“ S. 34) „dass Abt Heinrich II. durch seine ausschweifende Lebensweise das Stift an den Rand des Verderbens brachte, und desswegen abgesetzt und 1237 ins Gefängniss geworfen wurde“.... —

Im hiesigen Stiftsarchive findet sich nichts Weiteres über diesen Process mit Rot, aber im Diplomatar. miscell. dieses Klosters (Monum. boica I. 399. Nr. XLIV) steht eine darauf Bezug habende Urkunde, aus welcher zu ersehen, dass die Sache im Jahre 1266 (??) noch nicht beendet war. Des Zusammenhanges wegen sei es erlaubt, dieselbe hier vollständig beizufügen.

Clemens IV. committit Seonensi Abbati causam, Rotam inter et Gottwicum vertentem. Anno 1266.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto filio ... Abbati Sewensis Monasterii Ord. S. Bened. Salzburg. Diocesis salutem et apostolicam Benedictionem. Sua nobis dilectus filius Abbas Monasterii Rotensis petitione monstravit, quod cum ipse contra ... Abbatem Monasterii Chotwicensis, Pataviensis Diocesis, super terris, possessionibus et rebus aliis ad ... Decanum ... Thesaurarium et ... Cantorem Ecclesie Salzburgensis litteras apostolicas impetrasset, iidem iudices, quia dictus Abbas Chotwicensis citatus legitime comparere coram in prefixo termino peremtorio competenti contumaciter denegavit: propter hujusmodi contumaciam manifestam eundem Abbatem Rotensem in possessionem terrarum, possessionum et rerum huiusmodi petitarum, in iudicio causa Custodie (? —) induxerunt, quam

Digitized by Google

nancisci non potuit propter potentiam et malitiam partis adverse per annum et amplius, quapropter idem Abbas Rotensis petiit sibi super hoc apostolice sedis providentia subveniri. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si ita est, eundem Abbatem Rotensem in earundem terrarum possessionem et rerum inducas et sicut iustum fuerit, defendas inductum. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, apellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Dat. Viterbii. VII. Kal. Junii, Pontificatus nostri Anno secundo.

Das zweite Pontificatsjahr Clemens IV. — gewählt am 3. (5 ?) Februar 1265 — reicht von 1266—1267. — Abt im Benedictinerkloster Seon (nördlich von Chiemsee in Ober-Baiern), war dazumal Dietricus I. † 1281. (Monum. boica. II. 120.)

Göttweig behauptete endlich doch sein gutes Recht auf die angestrittenen Güter, über deren Erwerbung und spätere Hintangabe in den Erläuterungen zum Saalbuche, Nr. LXIII Ausführlicheres zu finden ist.

XLII.

1235. 16. April. Melk (Medling?). — Bischof Rudiger von Passau erlaubt dem Abte und Convente zu Göttweig die ganzen Einkünfte der erledigten incorporirten Pfarren auf zwei Jahre zu beziehen, um dem durch schlechte Zeiten und erlittene Unbilden herabgekommenen Kloster wieder aufzuhelfen.

[Original.]

Rugerus dei gratia Patauiensis Episcopus uniuersis presentem paginam inspecturis salutem in domino. Cum ecclesia in Chotwico propter malum statum terre, et violentias ipsi illatas, extenuata sit et penitus diminuta, nos ex parte ipsi succurrere cupientes, indulsimus Abbati et Conventui eiusdem ecclesie ut si que ecclesie ipsis ceperint uacare, proventus ipsarum ad biennium detineant, et quiete possideant, ad ipsus ecclesie incrementum, ita tamen vt ipsis ecclesiis in diuinis officiis faciant diligentius prouideri. Et in huius rei testimonium presentem paginam ipsis concessimus, sigilli nostri munimine roboratam. Datum apud Medelicum. Anno domini M°. CC°. XXX°. V°. XVI°. Kalend. Maj. Pontificatus nostri Anno secundo.

Das ziemlich wohlerhaltene bischöfliche Siegel hängt mittelst eines Pergamentstreifens an der kleinen, unansehnlichen Urkunde.

Rüdiger von Radeck, früher Bischof von Chiemsee, wurde nach Gebhard's Resignation (1232), im August 1233 zum Passauer Bisthume befördert, aber im J. 1250 wieder entsetzt.

Digitized by Google

XLIII.

1235, circa. — Hademar und Heinrich von Chunring stellen dem Kloster einige Wiesen wieder zurück, welche von ihren Leuten gewaltsam waren in Besitz genommen worden.

[Original.]

In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. Amen. Ad noticiam singulorum tam modernorum quam futurorum peruenire cupimus, quod ego *Hademarus* et frater meus *Hainricus* de *Chunringe* ad instantiam petitionis venerabilis abbatis *Hainrici* ecclesie Kotwicensis, cognominati *dens* [1]), ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, et pretentu iusticie, quedam prata in *palta* [2]) ad cenobium Kotwicense iure fundationis pertinentia et in quiete multis annis ab ipsa possessa, et postmodum ab hominibus nostris, secundum quod fratres ecclesie confessi sunt, violenter usurpata remisimus in perpetuos usus eidem ecclesie, ita ut nullus nostrum uel nostrorum heredum predicta prata de cetero sibi iniuste uendicare presumat uel attemptet. Vt ergo hec a nobis acta a sui tenoris constancia non recedant in posterum per alicuius uiolentiam uel calumpniam, sigilli nostri impressione et testium subscriptione presentem paginam iussimus roborari. Vbi uero hec acta sunt presentes fuerunt hi. *Piligrimus* plebanus de *albrettesperge*. *Hartwicus gansilo*. *Albero* et *Otto* de *Rauna*. *Hainricus* dapifer. *Hainricus* de *horbruke*. *Arnoldus* de *spitze*, et alii quam plures.

An der Urkunde hängt mittelst vielen langen, blauen und gelben Zwirnfäden ein ziemlich grosses, länglich dreieckiges Siegel, in dessen Felde ein gezackter Holzblock steht mit einer nach rechts frei darüber liegenden Hacke. Die Umschrift zwischen Perllinien lautet: † SIGILLUM . HADMARI . . HEINRICI DE CHUNRINGE. —

1) Da ausdrücklich Abt Heinrich II. genannt wird, so ist die Urkunde erst zu seiner Zeit (1232—1237) ausgestellt worden, die Rückgabe der Wiesen muss jedenfalls schon früher geschehen sein. (S. Nr. XXX.)

2) Am Paltbache bei Paltmühl. O. W. W.

XLIV.

1237, Januar. — Kaiser Friedrich II. nimmt das Stift Göttweig mit allen dazu gehörenden Personen, Gütern und Rechten in seinen und des Reiches besondern Schutz.

[Original.]

Fridericus Dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusalem et Sicilie Rex. Per presens scriptum notum fieri uolumus

Digitized by Google

uniuersis Imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos venerabilem Abbatem de *Chotwic* fidelem nostrum, Monasterium ipsum, personas ibidem domino famulantes, cum bonis et juribus suis, que iuste tenent et possident et in antea iusto aquisicionis titulo poterunt adipisci, diuine remuneracionis intuitu, quo personas deo dicatas respicimus, sub nostram et Imperii protectionem recepimus specialem. Mandantes et precipientes uniuersitati nostre firmiter et districte, quatenus nullus sit, qui dictum Abbatem cum suo Monasterio, et personis ibidem deo famulantibus, quam bonis et juribus suis, que racionabiliter possidet, presumat contra huius protectionis nostre tenorem aliquatenus molestare. Quod qui presumpserit indignacionem nostri culminis se nouerit incurrisse. Ad huius itaque protectionis nostre memoriam et robur in posterum ualiturum presens scriptum fieri, et Sigillo maiestatis nostre fecimus communiri.

Datum apud *Wyennam*, Anno domini Millesimo. Ducentesimo. Trecesimo septimo. Mense Januarii [1]), decima Indictione.

Das kaiserliche Siegel ist gut erhalten. — Ein Facsimile der Urkunde ist im Chronicon Gottwicens. Tom. I, 421 zu finden.

1) In demselben Jahre und Monate stellte K. Friedrich II. zu Wien für mehrere Gotteshäuser in Österreich fast gleichlautende Gunst- und Schutzbriefe aus. (Siehe Böhmer, Regesta Imperii 1198 — 1254. Neu bearbeitet 1849. S. 170, Nr. 865 — 870.)

XLV.

1243. — Leutold Graf von Hardeck gibt zum Ersatz des Schadens, den seine Leute dem Gotteshause Göttweig zugefügt haben, demselben ein Lehen zu Leutoltstall mit allen Erträgnissen, nur mit Vorbehalt der unentgeltlichen Vogtei darüber. Auch erbietet er sich statt dieses weitentlegenen Gutes zwei Talente auf ein dem Kloster näheres Besitzthum anzuweisen.

[Cod. Privilegiorum fol. 56. verso.]

In Nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. *Leutoldus* dei gratia comes in *Hardekch* omnibus hanc paginam inspecturis salutem in perpetuum. Ut mentis oblivio cesset et litis occasio, gesta hominum solent scripture testimonio roborari. Hinc est, quod universitati omnium fidelium constare volumus, quod nos post gravamina et iniurias Gottwicensi Ecclesie per homines nostros aliquando illatas, ne indignationem et iram Superni Judicis, cuius laus est in Ecclesia Sanctorum, contra nos in ultimo examine provocaremus, tandem pio mentis affectu, quo movebamur circa Ecclesias Christi, dampnum predicto Monasterio irrogatum per nos dignum duximus sibi recom-

Digitized by Google

pensandum per dignam satisfactionem tali modo, quod nos eidem Gottwicensi Ecclesie contulimus beneficium unum in *Leutoltstall* [1]) cum omnibus proventibus illius ea ratione, quod etiam fratres predicti Monasterii mala, que homines nostri exercuerunt in bonis ipsorum, intuitu Dei et respectu nostri servitii relaxarunt, et quod nos nullam iurisdictionem in eodem beneficio haberemus deinceps, nisi ipsam advocatiam propter Deum simpliciter absque fructu. Preterea adiunctum fuit, ut si procedente tempore fratribus Gottwicensibus placuerit, nos beneficium illud in *Leutoltstall* propter remotionem loci mutuabimus, datis Gottwicensi Ecclesie redditibus duorum talentorum in loco, qui magis vicinus videatur. Et ut ista donatio stabilis fiat et integra presentem paginam sigillo nostro et Conuentus Gottwicensis, nec non et sigillo dilecti patrui nostri Comitis *Chunradi* [2]) fecimus roborari, testibus idoneis adhibitis. *Ulricus Wusso, Henricus Haller, Wolframmus* de *Meylemspach*, *Pertholdus* frater eiusdem, *Ulricus* ibidem, *Herrandus* de *Nelib*, *Hartungus* de *Werd*, *Heinricus* sagittarius, *Rudigerus Sweblo*, *Otto Zeindill*, *Leutwinus* de *Franzberg*, *Rudgerus* ibidem, *Chunradus* de *Nwnke*, *Heinricus* frater eius, *Rudgerus Zengir*, *Heinricus Grillo*, *Dietricus* notarius. Acta sunt hec anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo quadragesimo tertio.

1) Loidesthal (Leutersthal), Pfarrdorf unweit der mährischen Grenze.

2) Über die Grafen von Hardeck siehe Wissgrill, IV. 93. — Mich. Filz führt in der Geschichte des St. Michaelbeuern. I. 239, §. 20, S. 281 — 285 auch die Ministerialen der Grafen von Plain und Hardeck an, deren Mehrere in dieser Urkunde als Zeugen erscheinen.

XLVI.

1246, 24. August. Krems. — Albero von Chunring erklärt, dass ihn Abt Heinrich und das Capitel zu Göttweig zum Schirmvogt über jene Stiftsgüter erwählt, welche früher unter dem Grafen Liutold von Plain gestanden, und gelobt dieses Amt nach den angeführten Bedingungen und Rechtsgebräuchen zu verwalten. Würde er die Stiftsunterthanen bedrücken, so kann der Abt alsogleich einen andern Vogt bestimmen. Da sie ferner auch einverstanden sind, dass er die Vogtei über die unter landesfürstlicher Schirmhoheit stehenden Besitzungen des Klosters am Kampflusse und bei Kottes übernehme, so wolle er sich beim künftigen Landesfürsten um dieselbe bewerben.

[Original.]

Nos *Albero* de *Chunringe* Capitaneus Austrie ad uniuersorum noticiam cupimus peruenire, quod nos dominus *Heinricus* Abbas chottwicensis et eiusdem cenobii capitulum uniuersum in advocatum

Digitized by Google

super aduocatia quam comes *Liutoldus* de *pleien* in sua quandoque tenuit potestate, decreuerunt communiter eligendum, intercluso uidelicet tali pacto, quod de Aduocatia nunc expressa tercius duntaxat denarius nostris usibus debeat applicari. Si uero in eisdem prediis aliquis aduena pro aliquo crimine detentus fuerit, et idem iuxta debitum puniri debeat pro commissis, mediam partem omnium rerum detentarum, quocumque nomine censeantur, nostre similiter vendicabimus potestati, pars uero altera dicto Abbati et conuentui cedet plene. Quod si ultra ius sufficienter expressum nos homines ipsorum occasione aduocatie molestare attemptauerimus aut grauare, ex tunc prefatus dominus Abbas et conuentus habebunt liberam facultatem advocatum alium eligendi. Ad hec Aduocatiam infra fluuium qui *Chamb* vulgariter nuncupatur et circa *Chottans*, que spectat ad principem terre specialiter et precise, prius dictus Abbas et conuentus nobis taliter commiserunt, quod si a futuro terre domino [2]) ipsam poterimus optinere, ratum habebunt pariter et acceptum, sin autem Aduocatia prelibata de bona nostra voluntate ad terre principem redeat pleno iure. Vt autem singula que premisimus, inuiolabiliter obseruentur presentem litteram Sigilli nostri caractere duximus roborandam, testibus qui aderant subnotatis, videlicet domino *Ortwino* de *sancto Johanne*. *Ramungo* de *Lengenuelde*. *Chunrado* de *Rezttinge*. *Hermanno* de *Minnenbach*. *Heinrico* de *Richolbesperge*. *Wernhardo* de *Nettes*. *Arnoldo* de *Spitz*. *Walchuno wrch (? vorch) de Chrems*. *Chunrado* dicto *Seuelder* de *Stein*, et aliis quam pluribus, quorum hic nomina exprimi non oportet. Acta sunt hec apud *Chrems*, anno domini M. CC°. XL. sexto. IX. Kalend. Septembris.

An der Urkunde hängt das Convent-Siegel, und das *Alberonis* de *Chunring*, *Pincerne Austrie*, ähnlich dem dreieckigen Mittelschilde Leutoldi I. de Chunring, in Hanthaler's Recens. dipl. hist. tab. XXIX. Nr. 10.

1) Abt *Heinrich* der III. d. N. (von seinem Geburtsorte *de Ratoltsdorf*, jetzt Rotersdorf — s. Saalbuch Nr. V — benannt) führte nach seines Vorgängers *Hartwicus* Entsetzung im J. 1245 die Leitung des Stiftes durch 11 Jahre, 2 Monate, 8 Tage, resignirte dann freiwillig und starb im zweiten Jahre darauf (1257—58), wie im Verzeichnisse der Stiftsäbte am Schlusse des Saalbuches (Seite 101) genau angegeben ist.

2) Der Landesfürst, Herzog *Friedrich II.*, der letzte Babenberger, war kurz vorher, am 15. Juni 1246, in der Schlacht gegen die Ungarn siegend gefallen; der künftige Regent damals noch unbekannt.

Digitized by Google

XLVII.

1256, 10. Juli. Anagni. — Papst Alexander IV. nimmt den Abt und die Conventbrüder zu Göttweig in apostolischen Schutz und bestätigt das Eigenthum des Klosters.

[Original.]

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis *Henrico* [1]) abbati et Conuentui Monasterii Cotwicensis ordinis sancti Benedicti Patauiensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu. personas uestras et locum in quo diuinis estis obsequiis mancipati, cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras, vineas, redditus, domos, possessiones, et alia bona uestra sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis uobis et per uos monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Anagnie VI. Idus Julii. Pontificatus nostri anno secundo[2]).

An der Urkunde hängt die gewöhnliche Bleibulle.

1) Dieser päpstliche Schutzbrief, worin ausdrücklich Abt *Heinrich* genannt wird, mag erst nach dessen Abtretung eingelangt sein.

2) Das zweite Pontificatsjahr Alexander's IV. reicht vom 21. December 1255 bis 1256.

XLVIII.

1257, 24. April. Rom, im Lateran. — Papst Alexander IV. genehmigt und bestätigt die Verwendung der Pfarreinkünfte von Pira zum Armen-Hospitale in Göttweig.

[Original.]

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis, Abbati [1]) et Conuentui Monasterii Chotwicensis, ordinis Sancti Benedicti Patauiensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium disideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et uota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Cum igitur sicut petitio uestra nobis exhibita

Digitized by Google

continebat, bone memorie Patauiensis Episcopus [2]) sui Capituli accedente consensu ecclesiam de *Pircha* sue diocesis, in qua ius patronatus habetis, uobis et per vos monasterio uestro prout spectabat ad eum pia et prouida liberalitate concesserit in usus pauperum hospitalis ipsius monasterii perpetuo retinendam, reseruata vicario, qui pro tempore fuerit in eadem, de ipsius prouentibus congrua porcione pro sustentatione sua, et ad debita procurationum diocesani loci et alia onera subeunda, sicut in litteris inde confectis dicitur plenius contineri. Nos uestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem Episcopo super hoc prouide factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum lateran. VIII. Kal. Maii. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Die Bleibulle hängt an gelben und rothen Seidenfäden.

1) Der ungenannte Abt hiess *Helmwich*, und war nach Heinrich's III. Resignation erwählt worden, im J. 1256, wie das Concept des Chronicon Gottwic. Tom. II. Lib. IV. Cap. VII. angibt; obwohl durch diese Annahme die 25 Jahre, welche dem Abte *Helmwich* im oft citirten ältesten Kataloge am Schlusse des Saalbuches zugemessen sind, etwas verkürzt werden. Er starb am 1. März 1279, wie man in einem Pergament-Codexe unserer Bibliothek gleichzeitig angemerkt findet: „Domnus Helnwicus pie memorie nostre „c. (congregationis) Abbas O (i. e. obiit) Kl. Marcii, Anno gracie M. CC. lxxviiij." — Hiernach sind die bisherigen irrigen Angaben zu verbessern. (Auch die Note Keiblinger's, Melk, I. 340. 2.)

2) Siehe die betreffende Urk. Bischofs Diepold von Passau v. J. 1184. Nr. XVI.

XLIX.

1263, 29. December. Göttweig. — Die Brüder Konrad und Gerhoh von Meuerling schenken mit Rath und gutem Willen ihrer mütterlichen Oheime einen Hof in Maispirbaum dem Gotteshause Göttweig, zum Seelenheile ihrer Mutter, welche da begraben liegt, und aus Liebe zu ihrem Bruder Heinrich, der in das Kloster ist aufgenommen worden.

[Original.]

Nos *Chunradus* et *Gerhohus* fratres de *Mewerlinge* [1]) presencium testimonio notum facimus uniuersis tam presentibus quam futuris, quod ob remedium anime matris [2]) nostre, que in ecclesia *Chotwicensi* habuit sepulturam, et ob dilectionem fratris nostri *Heinrici* [3]) qui in eodem Cenobio receptus est in fratrem, curiam

Digitized by Google

quandam in *Maispirboum*, de consilio et bona voluntate aunnculorum nostrorum *Wernhardi* et *Chunradi* de *Hevselin* [4]), eidem Ecclesie Chotwicensi libere dedimus possidendam. In cuius rei testimonium presentem literam scribi fecimus, et sigilli predictorum aunnculorum nostrorum fratrum de *Hevselin* munimine roborari. Datum in *Chotwico*, anno Incarnacionis domini M°· CC°· LXIIII.[5]) IIII°· kal. Januarii. Huius rei testes sunt, fratres de *Hevselin*, *Wernhardus* et *Chunradus*. *Engelmarus*, *Karolus* et *Walchunus dentes*. *Marquardus* de *Ossaren*, Fratres de *Ainôde Albertus* et *Swikerus*. De familia Ecclesie Chotwicensis. *Chunradus* miles de *Vûrte*. *Hego* ibidem. *Heinricus* ibidem. *Ebero* ibidem. *Riwinus* de *Hvrenpach*. *Chunradus* ibidem. *Chalochus* asinus. *Chalochus* de *Ekhendorf*. *Chalochus* de (? dictus) *Mutstal*, et alii quam plures.

Gemeinschaftliches Siegel: † *S. Wernhardi Et Chunradi. Frm. De Hevsel.* Drei erhabene, gleichbreite Streifen nach der Länge im dreieckigen Felde; abweichend von dem gewöhnlich angegebenen Wappen.

1) Waren die Söhne Heinrich's von Meuerling (Meidling, unweit Göttweig) und

2) Leukardis von Heuselein, wie aus der Urkunde Nr. LIV erhellt.

3) Heinrich wurde im Jahre 1286 zum Abte erwählt (a. IV. d. N.) und stand dem Stifte durch 24 Jahre, bis 1309, vor.

4) Die Häusler (Heyssler, Heuselin, de Domuncula) kommen sehr oft in den Melker, St. Pöltner, Lilienfelder und Göttweiger Stiftsurkunden vor, waren in mehrere Zweige getheilt und reich begütert (s. Wissgrill IV, 316 u. ff., Hanthaler, Recens. II, pag. 21 etc.

5) Mit Rücksicht auf die damalige Weise das Jahr mit dem 25. December anzufangen, ist in der Überschrift das Jahr 1263 — nicht 1264 — gesetzt.

L.

1264. — Otto von Meissau, Otto von Haslau, Heinrich von Seefeld, Heinrich von Lichtenstein, Heinrich, Truchsess in Lengenbach, Wernhard Preuzl, Räthe Ottokars Königs von Böhmen, Herzogs von Österreich, erstatten demselben Bericht, dass sie die Göttweiger Besitzungen in Folge der misslichen Zeitumstände so verödet gefunden haben, dass es dem Abte unmöglich sei, die ganze Summe des schuldigen Marchfutters zu entrichten; sie stellen desshalb dem Könige bittweise vor, er möge sich mit einer jährlichen Leistung von 200 Mut Hafer begnügen und die in Beschlag genommenen Stiftsgüter wieder zurückgeben, wodurch er sich vor Gott das Verdienst eines zweiten Stifters von Göttweig erwerben könne.

[Original.]

Illustri domino suo *O.* Regi boemie, Duci Austrie et Styrie. Marchioni Moravie. *O.* de *Meissowe*, *O.* de *Haslowe*, *H.* de *Sevelde*,

Digitized by Google

H. de *Lichtenstein*, *H.* dapifer in *Lengenpach*. *W.* dictus *Prevzel* Consiliarii sui per Austriam debitum obsequium et fidele. Cum super defectu, quem in auena per venerabilem abbatem Chotwicensem singulis annis vobis soluenda vestra sustinet excellencia consedendo pariter communi consilio tractaremus, prout a vobis recepimus in mandatis, possessiones ipsius ecclesie ex malacia temporum et aliis casibus adeo invenimus desolatas, quod tota summa eiusdem auene annuatim posset nullo modo vobis solui, unde vestram rogamus excellenciam sub obtentu gracie vestre fideliter consulentes, quatenus ipsius ecclesie defectus adtendentes CC^{os}· modios singulis annis in toto dignemini acceptare reddentes eidem ecclesie possessiones suas circa *himperch*, quas in vestra tenuistis hactenus potestate. Sanius enim et salubrius deo teste consilium super ipso facto vobis dare non possumus, cum ex hoc erga Deum tantum possitis consequi meritum, ac si de novo Monasterium fundaretis.

Nur Ein kleines Siegel hängt noch an der unansehnlichen Urkunde; drei sind von den Bändern abgefallen.

LI.

1264, 17. März. Wien. — König Ottokar lässt auf die vorausgehende Vorstellung seiner Räthe dem Gotteshause Göttweig von dem jährlich zu leistenden Marchfutter 250 Mut nach; dafür entsagen Abt Helmwich und das Convent allem Eigenthumsrechte auf die eingezogenen Besitzungen bei Himberg.

[Original.]

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos *Otacarus* dei gracia Rex boemie, Dux Austrie et Styrie, Marchio Moravie omnibus in perpetuum. Etsi uniuersis nostre dicioni subiectis tenemur benignitatis regie gracias exhibere, amplioris tamen gracie insigniis dignos facimus, quos uita laudabilis secundum exigenciam meritorum ad huiusmodi gracias efficit aptiores, specialiter vero utilitati et commodo ecclesiarum dei cum diligencia intendere regalis excellencie officium a deo nobis concessum exigit et requirit. Quapropter, cum predia venerabilium uirorum Abbatis et conuentus ecclesie Chotwicensis ex sterilitate annorum et aliis malis successibus desolata uideremus adeo et inculta, quod summa auene que dicitur Marchfvter, videlicet quadringenti et quinquaginta Modii quos antecessores nostri Duces Austrie de possessionibus ipsius ecclesie cum adhuc in temporalibus magis habundabat dari annuatim pro iure aduocacie instituerant, non posset solui ullo modo, conpacientes

Digitized by Google

eiusdem ecclesie inopie, ob reverenciam dei et sue gloriose genitricis, cui predicti uiri militant conuersacione laudabili et honesta, nec non ob merita graciosa seruiciorum que nobis exhibuit venerabilis eiusdem loci *Helnwicus* abbas, ad instanciam quoque peticionis et consilii fidelium nostrorum nobilium Austrie eidem ecclesie Chotwicensi graciam hanc fecimus, quod relaxatis annuatim de predicta summa Ducentis et quinquaginta modiis, singulis annis Ducentos modios in toto decreuimus acceptare, ita tamen, ut predicta ecclesia in suis prediis plenitudine iuris per antecessores nostros sibi concessi, et debita nichilominus gaudeat libertate. In huius itaque gracie recompensacionem predicti fratres Abbas et conuentus eiusdem loci de communi consensu cesserunt iuri quod in bonis suis omnibus circa *Himperch*, videlicet *Pellendorf* et *Honeinsdorf* [1]) habere noscebantur, dantes nobis super dicta cessione sua priuilegia, non solum suo sed eciam quorundam nobilium nostrorum in Austria consignata sigillis, ad maiorem euidenciam et cautelam. Nosque ipsos de facta sibi per nos gracia securos certosque reddere volentes, ne forte per successores nostros possit in posterum in irritum reuocari, presens instrumentum communitum sigillorum nostrorum karactere ipsis dari fecimus cum annotacione testium subscriptorum. Qui sunt hii. Dominus *Otto* venerabilis Pataviensis episcopus. *Ortolfus* abbas Medlicensis. *Phylippus* abbas scotorum in Winna. *Otto* abbas vormbacensis. *Vlricus* abbas celle sancte Marie. *Nicolaus* prepositus Nevnburgensis. *Heinricus* prepositus sancti Ypoliti. *Engelschalcus* prepositus Sancti Georii. Ministeriales Austrie. *Otto* de *Meissowe*. *Otto* de *Haslowe*. *Heinricus* de *Sevelde*. *Heinricus* de *Lichtenstein*. *Wernhardus Prevzel*. *Heinricus* Dapifer in *Lengenpach*. *Rapoto* de *Valchenberch*. *Heinricus* de *Witra*. *Perhtoldus* de *Engelschalsvelde*. *Vlricus* de *Vihoven*. *Vlricus* de *Habspach*. *Gvndakarus* de *Habspach*. *Hermannus*, *Wernhardus*, *Vlricus*, fratres de *Wolfgersdorf*. *Vlricus*, *Marquardus*, *Chunradus*, fratres de *Pilhildorf*. *Otto* de *Perhtolsdorf*. *Chunradus* et *Heinricus* fratres de *Sumerowe*. *Siboto* de *Zekkinge*. *Albertus*, *Ludwicus*, fratres de *Zelkinge*. *Otto* camerarius de *Walchvnschirchen* et alii quam plures. Actum aput *Winnam* anno domini M. CC. LX. IIII°. Datum ibidem per manus magistri *Petri* prothonotarii nostri. XVI°. Kalendas Aprilis.

Das abgerissene Siegel K. Ottokar's ist in Bruchstücken noch vorhanden.

1) Siehe Saalbuch Nr. CLIX. CCXC. CCC.

Digitized by Google

LII.

1268, 1. December. Krems, im Pfarrhofe. — Abt Helmwich von Göttweig versetzt mit Zustimmung der Conventbrüder dem Ritter Albert von Weidling den Weinzehent in Rechberg auf sechs Jahre, damit er sich während dieser Zeit für dargelichene 17 Talente Wiener Münze zahlhaft mache.

[Copialbuch.]

Helmwicus Dei gratia Abbas et Conventus Ecclesie Chotwicensis omnibus ad quos presens litera pervenerit salutem in eo qui est vera salus. Ne processus rerum gestarum per oblivionem ex diurturnitate, vel labilitate temporis evanescat, consuetum est, ut eis adhibeatur scriptorum memoria pro cautela. Hinc est quod presenti scripto innotescere volumus universis, quod cum inter nos ex una parte et dilectum nobis *Albertum* militem de *Waedelinge* [1]) ex altera controversia verteretur super quadam summa pecunie XVII talentorum Viennensium videlicet, in qua sibi extitimus debitores et ad ipsius solutionem non voluntatis contrarietas sed rerum inopia nos rederet impotentes, de communi consensu et consilio nostro, honestorum quoque virorum adcompositione et arbitrio accedente decimam vini in *Rechperch* [2]), que ad nos iure proprietatis pertinet prout constat, sibi assignavimus ad sex annos obligationis titulo sub hac forma, ut de proventibus eiusdem decime per spatium temporis expressi sibi sit de suis debitis integraliter satisfactum et ex tunc in antea ab eius impetitione simus exempti et ipsa decima absoluta revertater ad nostrum dominium pleno iure. Et ut hec compositio ut expressum est, robur habeat firmitatis, presentem literam cum sigilli nostri appensione et testium subscriptione pro testimonio et confirmatione sibi dedimus. Huius autem rei testes sunt hii: *Otto* de *Zendorf*, *Hartnidus*, *Otto* de *Werd* fratres et monachi ecclesie. *Gerboto* prepositus S. Nicolai Patay, *Irnfridus* decanus Chremsensis. *Otto* plebanus *libere civitatis*, Magister *Swickerus* plebanus in *Widerveld*, *Hugo* sacerdos, *Wigandus* de *Grintorf*, *Heinricus* purgar *soldlinus*, *Sivridus* de *Urvar*, et alii quam plures. Datum in *Chrems* in Curia parrochiali, Anno Domini M. CC. LXVIII. Kalend. Decembris.

1, 2) Weidling und Rechberg unweit der Stadt Krems. O. M. B.

Digitized by Google

LIII.

1268, 30. December. Bischaw. (?) — Ottokar, König von Böhmen, Herzog von Österreich und Steiermark, bestätigt auf die Bitte des Abtes Helmwich von Göttweig eine wörtlich angeführte Urkunde Dietrich's von Hohenberg, worin dieser erklärt, dass die Klagsache des Abtes und Conventes über ihn und seinen Missbrauch des Vogteirechtes auf den Stiftsgütern bei St. Veit (an der Gölsen, unweit Lilienfeld) durch die österr. Provinzialrichter, Heinrich, Grafen von Hardek und Albero, Truchsess von Veldsberg, zu Draiskirchen am 16. April 1268 im Vergleichswege geschlichtet worden sei, und er sich verpflichtet habe, die Vogtei fernerhin auf ordentliche und gesetzmässige Weise auszuüben, widrigenfalls er aller seiner Rechte verlustig sein, und die Vogtei ohne weiters an den Landesfürsten fallen soll. Zum Ersatz des Schadens, welchen er (Dietrich) dem Kloster früher zugefügt, verzichtet er für die Zukunft auf alle Fuhren (Zug-Robot), die ihm die Holden der besagten Stiftsgüter jährlich leisten mussten.

[Original.]

Nos *Otacherus* dei gracia Boemorum Rex, Dux Austrie et Stirie, ac Marchio Moraruie. Scire volumus uniuersos presentes litteras inspecturis, quod dilectus noster Capellanus *Hellenwicus*, venerabilis abbas de Chotwico et Conuentus monasterii eiusdem nobis cum instancia supplicarunt, ut litteras sigillatas Sigillis *H.* Comitis de *Hardek* et *Ditrici* de *Hohenberch* ad perpetuam rei memoriam transcriptas, faceremus nostrorum sigillorum munimine roborari. Nos itaque eorundem Abbatis el Conuentus iustis precibus fauorabiliter annuentes, tenorem dictarum litterarum de verbo ad verbum nostris inseri fecimus litteris in hec verba: Cum ea que discrete ac ordinate inter homines aguntur ab humana memoria de facili elabantur, necessarium videtur ea que aguntur scripture testimonio stabiliri. Igitur ego *Ditricus* de *Hohenberch* presenti scripto profiteor tam presentibus quam futuris, quod cum venerabilis dominus *Hellenwicus* abbas et Conventus Chotwicensis de iure aduocacie in *Sancto Vito* mecum diuersis modis contenderent, de quibusdam me iniuriis quas in eadem aduocacia ipsis per me illatas esse allegabant multipliciter inpetentes, talis conposicionis forma in Draechschirchen, XVI. Kalendas Magi (sic) per dominum *H.* Comitem de *Hardek* et dominum *Al.* Dapiferum de *Veltsperch*, tunc Judices prouinciales Austrie de consensu partium interuenit. Primum quidem me taliter obligaui, quod si ultra iura statuta, que antecessores mei, Auus et Pater in eadem aduocacia detinuisse noscuntur, que etiam subsequenter exprimentur, colonos in ipsa aduocacia residentes grauare presumpsero, ab omni iure, quod in ipsa aduocacia habeo, cadere

Digitized by Google

debeo, et ad Illustrem Regem *Otacherum* ac suos successores, quicunque fuerint Duces Austrie aduocacia predicta quasi vacans libere deuoluetur. Sunt autem hec iura quibus contentus esse debeo et non ultra, videlicet quatuor modii auene et octo metrete, et sex solidi denariorum et duo denarii, pulli decem et octo, de Curia uero *Sancti Viti* soluentur mihi in toto quadraginta metrete Siliginis et unus porcus melior post optimum. Plebanum vero Sancti Viti in nullis grauare debeo, nisi mihi in aliquo seruire voluerit propria voluntate. Insuper si inter homines Ecclesie aliqui excessus qualescumque commisi fuerint, due partes emende ad dominum Abbatem, ad me vero tercia pertinebit. Si vero aliqua persona extranea hominibus Ecclesie aliqua intulerint (sic) grauamina, satisfaccio ad me per omnia pertinebit. Insuper si de mea culpa predia Ecclesie Chotwicensis cremata uel aliter fuerint desolata, ex Ministerialibus Austrie, qui consiliarii fuerint principis, quatuor debent eligi, ad quorum consilium teneor emendare. Insuper si pro generali terre necessitate in ciuitatibus Austrie fuerit expedicio proclamata, Staevram ab eisdem hominibus debeo recipere competentem, discreto tamen domini Abbatis nuncio mediante. Preterea in reconpensacionem ac emendacionem dampnorum, que predicte Ecclesie intuleram in predicta aduocacia, vecturam quam annuatim ab omnibus in eadem aduocatia residentibus habere debui perpetuo relaxaui, nec ipsos homines ea ratione aliqualiter debeo aggrauare. Ut autem hec acta robur habeant firmitatis, presentem litteram meo ac Comitis de *Hardek* ac quorundam ministerialium qui intererant Sigillis feci muniri. Huius rei testes hii, dominus *H. Comes* de *Hardek*, dominus *Al.* Dapifer de *Veltsperch*, dominus *R.* de *Valchenberch*, dominus *O.* de *Perhtolsdorf*, dominus *Vlricus* de *Habspach*, dominus *H.* de *Werde*, dominus *Vlricus* de *Vihouen*, dominus *Vlricus* de *Pilhildorf* et fratres sui, dominus *Meingotus* de *Raetelperg*, dominus *C*, de *Altenpurch* et fratres sui. fratres de *Summeraw*, *Syboto* de *Zaeking*, et alii quam plures. Datum in *Draechschirchen*. Anno domini M°. CC°. LX°. VIII°. xvi. kalendas Mai. Ne autem super premissis in posterum aliquod dubium seu litis contentio valeat suboriri, presentes litteras meorum sigillorum munimine fecimus roborari. Datum in *Bischaw* per manum magistri *Vlrici* nostri Prothonotarii, Anno domini M. CC. LX. VIIII°. III. Kalend. Januarii, presentibus testibus, qui sunt hii. Magister *Petrus* Cancellarius Regni Boemie, Magister *Vlricus* prothonotarius, Magister

Digitized by Google

Hainricus de *Draechschirchen*, *Andreas* Camerarius noster, *Gallus* Pincerna noster. *Tybischius* Dapifer noster et plures alii fide digni.

An dieser Bestätigungs-Urkunde K. Ottokar's hängt mittelst gelben und dunkelbraunen Wollfäden sein grosses Doppelsiegel, genau so, wie es P. Marq. Herrgott in Monum. Aug. Dom. Austr. Tom. I. Tabula IV. abgebildet und pag. 10. §. IX. beschrieben hat. Die inserirte Urkunde Ditrici de Hohenberch ist bereits abgedruckt im Diplomatar. Miscell. seculi XIII, herausgegeben von der historischen Commission der kaiserl. Akademie der Wissenschaften 1849. Fontes Rerum Austr., II. Abtheil., I. Bd., S. LIII und 93, Nr. LXXXII.

Am Originale derselben hängen nur zwei Siegel, das des Grafen Heinrich von Hardeck (BVRGRAVII. IN DEWIN.), gleich dem in Fontes loc. cit. nach Seite 320, 2. Blatt, Nr. 4 und das Dietrich's de Hohenberch, ähnlich der Abbildung bei Hanthaler, Recens. diplom. geneal. Tom. II. Tab. XXXIV. Nr. XVIII. Die drei übrigen Durchschnitte für die Siegelbänder sind leer geblieben.

LIV.

1270. 31. October. Gars. — Graf Heinrich von Hardeck und seine Gemahlin Wilbirg stellen auf Bitte des Abtes Helmwich dem Stifte Göttweig jene Güter in Dietmannsdorf zurück, welche die Brüder Konrad und Gerhoch von Meurling dahin vermacht, sie aber nach deren kinderlosen Ableben als erledigte Hardeckische Lehen eingezogen hatten.

[Cod. Privilegiorum. Fol. 241.]

In Nomine Domini Amen. Etsi quorumlibet hominum gesta, ne processu temporis per oblivionem hominum suboriatur calumpnia, privilegiorum confirmatione indigent, multo magis ea, que ad utilitatem et commodum ecclesiarum Dei aguntur, scripturarum testimonio expedit confirmari. Nos igitur *Heinricus* Comes de *Hardekch* dictus de *Dewin* [1]) et *Wilburgis* comitissa uxor mea notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod cum *Chunradus* et *Gerhohus* filii *Heinrici* de *Meurling* [2]) et *Leukardis* de *Heuselin* possessiones quasdam in *Dietmannsdorf* [3]) Ecclesie beate Virginis in Gottwico legassent in extremis, nos prefatas possessiones, quia iidem fratres decesserunt sine heredibus, quia etiam antecessores eorum a nostris predecessoribus comitibus de *Hardekch* ipsas ab antiquo in feudo tenuerant, tanquam nobis vacantes ad nostram traximus potestatem, postmodum vero ob reverentiam Dei et beate Virginis, nec non ad

Digitized by Google

instantiam venerabilis domini *Helmwici* abbatis ipsius monasterii prefatas possessiones in *Dietmansdorf* cum attinentiis omnibus obligatis et non obligatis prefate Ecclesie Gottwicensi per manus nostras tradidimus possidendas, renunciantes omni iuri, quod in ipsis bonis ad nos vacationis videbatur titulo devolutum. In cuius rei testimonium presentem literam scribi et Sigillorum nostrorum robore fecimus communiri. Datum in *Gars*, anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo, secundo Kalendas Novembris. Testes sunt hii milites: *Otto* de *Arnstein*, *Vlricus* de *Viehofen*, *Vlricus* de *Pilichdorf* *Chunradus* de *Sumeraw*, *Grecus* de *Freitschlarn*, *Meinhardus* de *Durnbach*, *Heinricus* de *Zelking*, *Wernhardus* de *Heuselein*, *Sifridus* de *Grillenperg*, *Chunradus* de *Purchdorf*, *Herbordus* de *Symeingen*, *Leo* de *Werd*. Servi: *Heinricus* de *Sumeraw*, *Walchunus dens*, *Chunradus* et *Heinricus* fratres de *Weichselpach*, *Riwinus* de *Hornpach*, *Hugo* de *Furt*, *Heinricus* ibidem. *Chunradus Gastheuser*, *Ebero* de *Fuert*, *Heinricus* de *Absdorf*, *Chunradus* de *Herczenburkch*, et alii quam plures.

1) Graf Heinrich ist in demselben Jahre 1270, 23. December gestorben, wie Fr. Firnhaber im Archive für Kunde österr. Geschichtsquellen (II. Jahrg. 1849. II. Hft. S. 173 ff.) feststellt.

2) Vgl. Urkunde Nr. XLIX.

3) Dieser Ort, am Fusse des Göttweiger Berges gelegen, ist später eingegangen, bis auf einen Hof, der unter dem Namen: Curia Frelonis in den alten Dienstbüchern mit mehreren Besitzern angeführt wird. So heisst es 1415—1427: „Curia frälonum de bonis Jorgens pawrn, aliquando $\frac{1}{2}$ beneficium, 70 denar. Idem de prato pro nunc, sed aliquando area. 6 denar. — Idem von andern öden hasern in pach (d. i. die nahe Fladnitz) daraus gemacht sain worden wismad.“ — — Die Grafen von Hardeck waren immer Lehensherren von Dietmannsdorf, bis zum Jahre 1477. Da liess Michael, Burggraf zu Maidburg, Graf zu Hardeck und Landmarschall in Österreich, aus besonderer Neigung zum Gotteshaus in Göttweig, den Abt Laurenz Gruber (1468 — 1482) und Convent daselbst „den Hof, genannt Dietmannsdorf unterm Göttweig gelegen, davon man uns jährlich ein gulden helbling oder dafür 30 Wiener Pfenning zu Dienst gereicht hat, desselben Dienst und aller anderen Forderung los, also das sie und ihre Nachkommen denselben Hof nun füran frei und ledig handlen, halten und gebrauchen mögen“ u. s. w. Der Brief ist gegeben zu Wien, am Montag nach St. Jakobstag, des h. Zwolfbots 1477 (d. i. 28. Juli). —

Im Haupturbare v. 1512 — 1590 erscheint: „Maister Hanus von der Salingstatt“ als Besitzer dieses Hofes zu Dietmannsdorf; nach ihm (1525 — 29) Urban Holler von dem er dann „Hollerhof“ benannt wurde. Abt Georg

Digitized by Google

Falbius kaufte denselben im J. 1624 von dem „Edlen und Gestrengen Herrn Wolffen Härtl“ gänzlich zum Stifte. Jetzt heisst er Hellerhof, nach dem Prälaten Gregor Heller (1648 — 1669), der viel darauf verwendete, um dort, in der Nähe des Stiftes, seinen Conventualen einen angenehmen Ausheiterungsort zu bereiten.

LV.

1276. 18. Mai. Zakking. — Gertrud von Arnstein überlässt mit Zustimmung ihres Sohnes Konrad und auf Ansuchen des Abtes Helmwich einen Unterthan, Namens Konrad von Hürnbach dem Kloster Göttweig, und spricht ihn sammt allen seinen Nachkommen für 30 Pfund Pfennige vom Hörigkeitsverhältnisse los.

[Original.]

Nouerint uniuersi tam existentes quam posteri, quod Ego *Gerdrudis* de *Arnstein* de consensu *Chunradi* primogeniti mei, aliorumque heredum meorum, omne ius quod in persona *Chvnradi* de *Hirnpach* [1]) racione homagii siue proprietatis habui, a meis progenitoribus successione hereditaria deriuatum, ad peticionem et instanciam reuerendi domini *Helnwici* abbatis de *Chotewico*, beate Marie perpetue virgini eiusdem Ecclesie Chôtwicensis patrone, dedi et obtuli pleno iure. Resignans ex nunc omnem possessionem, que michi et heredibus meis in ipso competere uidebatur, recipiensque ab ipso Chunrado vice concambii triginta libras denariorum monete usualis, pro quibus sepedictum Chunradum cum filiis vel filiabus quos vel quas susceperit, racione homagii seu proprietatis sine contradictione qualibet dedi ad Ecclesiam Chotwicensem. Et ne super predictis ex parte liberorum seu aliorum propinquorum meorum ulla contencionis occasio valeat oriri, Ego unacum primogenito meo *Chunrado*, nec non patruo meo domino *Chunrado* de *Sumerowe* ad triginta libras denariorum Wienensium nos caucione fideiussoria obligamus, ita ut si quis eidem Chunrado contencionis scrupulus in posterum suscitetur, dictas triginta libras demus Ecclesie Chotwicensi, exceptione omnimoda non obstante. In cuius rei testimonium presentem sibi et Ecclesie predicte porrigo litteram sigillo mei mariti, pie recordacionis, domini *Ottonis* de *Arnstain*, ac patrui mei domini *Chunradi* de *Sumerowe*, ceterorumque dominorum, quorum nomina subscribuntur, in euidens testimonium consignatam. Testes sunt. Dominus *Chunradus* de *Sumerowe*. Dominus *Mengotus* de *Retelperch*. Dominus *Otto* de *Wazzerberch*. Dominus *Wolfkerus* de

Digitized by Google

Ynprukke. Dominus *Heinricus* miles de *Zekkinge*. Dominus *Gundakarus* miles de *Ayglarn*. *Hainricus* iunior de *Sumerowe*. *Walchůnus* dictus *dens*. Junior *Walchůnus dens*. *Fridericus* dictus *Gavl*. *Vlricus* de *Walprechtstorf*. *Ortolfus* frater suus. *Siboto* de *Schönprunne*. *Rugerus* et *Hainricus* fratres de *leiben*. *Chunradus* et *Hainricus* de *Wihselbach*, et alii quam plures. Datum in *Zekkinge*, Anno domini M°. CC. LXX. sexto. XV. Kalendas Junii. Indictione secunda.

An der Urkunde hängen 4 Siegel: *a) Ortolfi, praepositi in Herzogenburch. b) Liutoldi de Chunring, summi pincerne Austrie. c) Ottonis de Arnstain. d) Chunradi de Sumerauwe.*

1) Dieser Konrad war in Dietmannsdorf ansässig, nahe bei Hürnpach, jetzt Höbenbach, unweit des Stiftes. — Vgl. Urkunden Nr. LIV und LXVIII.

LVI.

1276. (Wien). Leopold, vormals zweiter Richter in Wien, entsagt mit seiner Ehefrau allen Ansprüchen auf einen Weingarten in Velegraben, gegen eine vom Klosterneuburger Propste Nikolaus erhaltene Entschädigung.

[Original.]

Memoria labilis est res et rerum turbe non sufficit, nisi serie literarum et idoneorum virorum testimoniis confirmetur. Qua propter Ego *Leupoldus* quondam Judex posterior Wiennensis, et uxor mea *Lyeba*, necnon omnes heredes nostri ad noticiam cupimus peruenire tam presentium quam futurorum, quod a lite, quam pro vinea sita in *Velegraben* habuimus totaliter cessauimus, abnegantes omni iuri, quod in eadem sperabamus esse habituros, pro sex libris denariorum monete Wiennensis, de quibus per Prepositum Neunburgensem *Nicolaum* in integrum sumus expediti, qui eandem vineam nostra bona permissione *Jacobo* Notario collatam resignauit iure montano perpetualiter possidere. In cuius rei memoriam presentem literam nos predicti laudabili Sigillo ciuium Wiennensium prefato *Jacobo* fecimus communiri testibus subnotatis, quorum nomina sunt. *Heinricus* de *Goteinsveld* miles, *Haunlo* de *Tulna* miles, *Dietricus* de *chalnperge* miles, Magister *Chunradus* Scriba Austrie, *Paltramus* ante cymiterium, *Chuno* quondam magister monete, *Leupoldus* in alta strata, *Dietricus* in alta strata, *Sivridus Laublo*, *Wilhalmus Scherant*, *Pilgrimus* et *Georius Chiglerii* (? Chriglii), *Wernherus*

Digitized by Google

spismagister, *Ernestus* institor, *Leupoldus pilhiltorfer*, *Leupoldus* de *funfchyrichen*, *Chunradus Vrbetsch*, *Tyemo*, *Otto Snetzel*, *Fridericus* de *Chritzendorf*, *Vlricus* de *Chrytzendorf*, *Weigandus*, *Wernhardus Schyuer*, *Fridericus Huetstoch*, *Cholo* Officialis, *Waltherus* vitriarius, *Heinricus* de *Ow*, *Albero* de *sancto loco*, *Fridericus* tunc Notaris Ciuium Wiennensium, et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXVI°.

Das an der Urkunde hängende sehr gut conservirte (älteste) Siegel der Wiener Bürger ist genau so, wie es D. Eduard Melly in seinen Beiträgen zur Siegelkunde des Mittelalters (Wien 1846, I. Theil, Seite 59 — 60 und Tafel II) beschrieben und abgebildet hat.

LVII.

1277. 12. December. Göttweig. — Abt Helmwich belehnt die Brüder Colmann und Andreas von Egenburg mit dem theilweisen Zehentbezugsrechte vom Stiftshofe in Pfaffendorf.

[Original.]

Nos *Helnwicus* diuina miseratione Abbas Ecclesie Chotewicensis scire volumus quoslibet presencium inspectores, quod dilectis deuotis nostris *Cholomanno* et *Andree* fratribus de *Egenburga* ius decime, quod ipsis in Curia nostra de *Phaffendorf* competit et ab antiquo competebat, pro suorum exigentia meritorum recognouimus, ipsosque inpheodauimus de eodem. Est autem Jus tale, quod terciam partem decime de Curia supradicta sicut ceteri decimatores nostri erga nos, prout se habuerint tempora, debent conducere annuatim, saluo iure duarum reliquarum partium, que heredibus *Chalhochi* de *Echendorf* et *Hermanni* fratris sui pie recordationis, competunt in eadem. Verum quia dictam Curiam nostram in *Phaffendorf* prefati *Chalhochus* et *Hermannus* olim integraliter occupauerant, ne ipsorum heredes memoratis fratribus, hoc est *Cholomanno* et *Andree* super huiusmodi iure sibi concesso litem inposterum moueant aliqualem, relaxauerunt ipsis heredibus debita subnotata. Primo, undecim libras denariorum et tres solidos, quos per annum cum familia heredum fecerant in expensis. Item relaxauerunt xl metretas siliginis, quas pro agrorum seminibus expenderunt. Item sepe dicti fratres fructus duorum annorum, quos pro certa pecunia erga dominum abbatem comparauerant, ipsos heredes secum frui pariter admiserunt. Vt autem Jus huiusmodi libere teneant et nullam in ipso

Digitized by Google

calumpniam inposterum paciantur, *Vlricus* Notarius de Tyernstain, et *Chunradus* et *Vlricus* dicti *Dêrst*, tutores dictorum pupillorum ad omnia et singula dampna resarcienda se prefatis fratribus integraliter obligarunt. In cuius rei memoriam presentes litteras sigilli nostri impressionibus communimus. Testes sunt: *Chônradus* de *Hernpach*. *Rinhardus* de *Prvnne*. *Ortlinnus* forestarius. *Chônradus* dictus *Gasthuser*. *Arnoldus* de *Hvgelinge*. *Pitrolfus* de *Wisendorf*. *Pitrolfus* de *Hetzmanstorf*. *Bertoldus* de *Vrowendorf*. *Rudwinus* Officialis de *Mvnichhoven*. *Otto* et *Hainricus* fratres de *Ebersprunn*. *Hainricus* villicus de *Velebrunne*, et alii quam plures. Datum in *Chotewico*. Anno domini M°. CC°. LXX°. septimo. Pridie ydus decembris. Indiccione quinta.

Auf dem hängenden spitz ovalen Siegel von schwarzer Wachsmasse ist der Abt sitzend dargestellt, mit Pastoralstab und Regelbuch in den Händen. Die Umschrift zwischen zwei einfachen Linien lautet: ✝ *S. Helnwich. Dei. Gra. Abbas Chotwicens.*

LVIII.

1278. 4. August. Viterbo. — Papst Nikolaus III. bestätigt dem Abte und Capitel des Stiftes Göttweig alle von Päpsten und Fürsten erhaltenen Freiheiten, Privilegien u. dgl.

[Original.]

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis, Abbati et Capitulo Monasterii Chotbitcensis ordinis sancti Benedicti Patauiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus siue per priuilegia seu alias indulgentias uobis et monasterio uestro concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus, Principibus et aliis christi fidelibus rationabiliter uobis indultas, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et

Digitized by Google

beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Viterbii II. Nonas Augusti. Pontificatus nostri Anno Primo.

Bleibulle an gelbrothen Seidenfäden. — Papst Nikolaus III. wurde erwählt 1277, 25. Nov. — gekrönt 1277, 26. Dec. — starb 1280, 22. August.

LIX.

1279. 28. April. Klosterneuburg. — Propst Pabo und das Capitel von Klosterneuburg überlassen dem Notare Gebhard und seinen Erben ein Joch Weingarten in Erbpacht unter gewissen Bedingungen.

[Cod. Privilegiorum. Fol. 81, verso.]

Nos *Pabo* dei gracia Prepositus totusque Conventus Ecclesie Neumburgensis ad noticiam singulorum hanc litteram intuentium cupimus pervenire, quod de vinea *Weingrawen*[1]) nuncupata ad hospitale nostrum pertinente defectibus inpellentibus in cultura neglecta adeo, quod nullos potuerimus fructus percipere ex eadem, viro discreto domino *Gebhardo* Notario et suis heredibus universis ad ipsius partes unum iuger eo iure, quod vulgariter *perchrecht* dicitur, donavimus perpetuo possidendum ita, quod idem *Gebhardus* vendendi, obligandi et quomodolibet alienandi plenam habeat facultatem, his tamen conditionibus non obmissis, quod a festo B. Michaelis futuro proxime quatuor annis continuis transvolutis predicto hospitali octo urne vini nomine Juris montani et pro Decima annis singulis in perpetuum serviantur. At si possessores huiusmodi vinee finitis annis quibus vacant servicio, postquam servire ceperint, deinceps per duos vinum nominatum hospitalariis, qui pro tempore fuerint, neglexerint exhibere, ex tunc ipsa vinea ad sepedictum hospitale quibuslibet contradictionibus et occasionibus postpositis libere devolvatur et pertineat omni iure, nullis possessoribus servatis regressibus ad eandem. Ut autem predicta donatio perpetuo maneat inconvulsa presentem paginam nostrorum sigillorum munimine roboratam prefato *Gebhardo* et suis heredibus duximus assignandam in signum evidens et cautelam. Testes sunt: Dominus *Waltherus* decanus, *Otto* custos, *Minhardus*, *Otto* hospitalarii, *Jacobus*, *Hadmarus*, *Hugo*, *Albertus*, *Ulricus*, *Ortolfus*, *Dietricus*, *Hanricus*, *Chunradus*, *Wisento*, *Paulus*, sacerdotes. *Ortolfus*, *Dietricus*, *Rugerus* diaconi. Dominus *Ditricus* de *Chadlenperge*, *Cholo* officialis, Magister *Waltherus*, *Fridericus Hůtstoch*, *Ulricus* de *Chritzendorf*, *Rudwinus*, *Chunradus Cholpech*, *Rugerus* notarius, *Hermannus Ymian*, et alii fide digni. Datum et

Digitized by Google

actum in *Neumburch*, anno domini M. CC. LXXVIIII° quarto Kalend. Maii. Indictione septima.

1) Diesen Weingarten verkaufte der obgenannte Notar Gebhard im Jahre 1296 dem Stifte Göttweig. — (Siehe Urkunde Nr. LXXVI. Seite 346.)

LX.

1280. 11. Juli. Krems. — Revers Irnfrid's, Domherrn von Passau und Dechants in Krems, dass der ihm auf Lebenszeit überlassene Weinzehent von der Ried, „der kurze Taillant" genannt, bei der Stadt Krems, halbentheils der Passauer Kirche, die andere Hälfte aber dem Kloster Göttweig gehöre.

[Original.]

Nos *Irnfridus* dei gracia Canonicus Patauiensis Ecclesie, Archydiaconus Austrie, Decanus in Chrems presentium testimonio profitemur omnibus hanc paginam inspecturis, quod Decime vini iuxta Ciuitatem *Chremensem* in situ qui vulgariter dicitur *dev chvrzen Taillant* [1]), quas ad vite nostre tempora possidemus, pro una sui medietate ad monasterium pertinent Chotwicense, reliqua sui medietate ad patauiensem Ecclesiam pertinente. Sunt itaque dicte decime post earum absolucionem seu vacacionem inter memoratam Patauiensem ecclesiam et ipsum Monasterium equaliter diuidende. Quod ad caucionem futurorum periculorum litteris presentibus fecimus annotari, nostre plene compotes racionis, ne per obliuionem seu maliciam hominum dicto Monasterio preiudicium generetur, sigilli nostri Karacterem eisdem in euidens testimonium imprimentes. Datum *Chrems*. Anno domini M°. CC°. LXXX. v^to^. ydus Julii. Indiecione VIII.

Das Siegel ist abgefallen und nicht mehr vorhanden.

1) Vgl. v. Meiller, Babenberger Regesten S. 17, Nr. 35. — S. 20. Nr. 49 und Note 131.

LXI.

1281. 18. Februar. Wien. — Chalhoch von Hohenberg gesteht, dass er durch sein gewaltthätiges Verfahren sich der Vogtei auf den Stiftsgütern bei St. Veit verlustig gemacht, sie aber aus Gnade und Nachsicht und auf Fürbitte seiner Verwandten vom Abte Hermann wieder erhalten habe, wofür er nun feierlich verspricht, dieses Amt auf den genannten Besitzungen nach den genau angeführten Bedingungen fernerhin ordentlich zu verwalten und mit den specificirten Einkünften zufrieden zu sein.

[Original.]

In Nomine Domini Amen. Cum sit memoria res fragilis, labilis et caduca, quam frequens tollit obliuio, diuturnique temporis

Digitized by Google

elidit protractio, nisi scripturarum testimonio fulciatur. Igitur ego *Chalhochus* de *Hohenberch* aduocatus in bonis aput Sanctum Vitum [1]) pertinentibus ad ecclesiam Chotwicensem, de scitu et consensu fratris mei *Ditrici* profiteor uniuersis presentem paginam inspecturis, quod cum venerabilis dominus *Hermannus* Abbas de Chotewico nomine monasterii sui grauem contra me moueret super quibusdam grauaminibus questionem, que suis hominibus in mea aduocatione aput Sanctum Vitum residentibus intuleram minus digne, protestatus suo et conuentus sui nomine aduocationem ipsam uacare et ad terre principem deuolutam, presertim cum dilectus Genitor meus dominus *Ditricus* pie recordationis de *Hohenberch* se suosque heredes de non offendendis hominibus ecclesie penam obligauerit ad eandem, super quo idem dominus abbas publicum protulit instrumentum [2]). Verum me sentiens in causa deficere memorata, gratie et fauori ipsius domini abbatis totaliter me submisi. Qui auunculi mei domini *Stephani* de *Missowe* Marschalci austrie, et aliorum amicorum meorum precibus fauorabiliter inclinatus, me pro aduocato iterum resumpsit, et offensam supradictam integraliter relaxauit. Et ego vice versa ad omnes et singulas obseruationes, quas pater meus dicte ecclesie seruare promiserat me denuo presentibus obligo et adstringo. Primo quidem, si ultra iura aduocationis debita et statuta, nec non presentibus annotata, que antecessores mei, auus videlicet et pater ab antiquo tenuerunt in eadem, colonos in aduocatione residentes in unico grauare presumpsero, ab omni iure quod in ipsa michi successoribusque meis competit cadere debeo, quod ad terre principem penitus deuoluetur tamquam libere absolutum. Preterea quecunque ab ecclesia Chotwicensi quocunque tytulo teneo, sunt absoluta ecclesie ipso facto. Sunt autem hec iura que michi competunt et non ultra. Videlicet quatuor modii auene et nouem metrete. Sex solidi denariorum et duo denarii. Pulli decem et nouem. Ad hec de Curia plebani aput Sanctum Vitum soluentur michi uniuersaliter et in toto quadraginta metrete siliginis, unus porcus melior post optimum. A plebano Sancti Viti nichil extorquere debeo nisi in quibus se michi obtulerit spontanea voluntate. Ceterum qualescunque excessus pena digni inter colonos ecclesie perpetrati fuerint, due partes emende ad dominum abbatem, ad me uero tercia pertinebit. Extranee vero persone seu advene, si hominibus ecclesie grauamen aut violentiam intulerint, ad me pena et satisfaccio integraliter pertinebunt. Insuper si culpa mea exigente predia ecclesie Chotwicensis desolata fuerint

Digitized by Google

vel cremata, quatuor ex ministerialibus austrie, qui consiliarii fuerint principis terre, hinc inde debemus utrimque eligere, ad quorum consilium dampna data teneor resarcire. Si uero pro generali terre necessitate in civitatibus et locis publicis fuerit expedicio proclamata, steuram in aduocatione mea recipere deheo ab hominibus competentem, discreto tamen domini abbatis nuncio mediante. Preterea in recompensacionem dampnorum que predicte ecclesie in eadem aduocatione pater meus et ego fecimus absque iure, vecturam quam annuatim extorsimus ab hominibus memoratis ego quemadmodum et ipse perpetuo relaxaue, promittens dictos homines ea ratione in posterum non grauari. Ut autem hec acta robur habeant perpetue firmitatis, presentem litteram meo, ac domini *Ottonis* de *Haslowe* tunc iudicis generalis, et domini *Leutoldi* de *Chunringen*, pincerne per Austriam, et domini *Stephani* de *Missowe* sigillis feci muniri. Testes sunt. Dominus *Otto* de *Haslowe*. Dominus *Leutoldus* et Dominus *Heinricus* fratres de *Chunringe*. Dominus *Stephanus* de *Missowe*. Dominus *Chunradus* de *Sumerowe*. Dominus *Chalhohus* et Dominus *Rimbertus* fratres de *Ebersdorf*. Dominus *Hermannus* de *Wolfkersdorf*. Dominus *Chunradus* et Dominus *Marchwardus* fratres de *Pilchdorf*. Dominus *Chunradus* et Dominus *Irnfridus* fratres de *Půchperch*. Dominus *Mengotus* de *Retelperge*. *Albero* Dominus de *hohenstein*. *Chunradus* Dominus de *Offenburch*. Dominus *Chunradus Ysenbevtel*. Dominus *Offo* de *Arberch*. *Wluingus* et *Otto* fratres de *Walde*. *Ditricus*, *Wernhardus*, *Wlvingus* fratres de *Hevselin*. *Fridericus* et *Chunradus* dicti *Ysenbevtel*. Item *Otto* dictus *Schetwer*. *Heinricus* de *Cherspach*. *Erchengerus* filius suus. *Stephanus* super *Porz*. *Levpoldus* et *Stephanus* fratres de *Prato*. *Leutoldus* de *Hohenberch*. *Marchwardus* de *Newenwald*, et plures alii fide digni. Datum *Wienne* Anno domini M°. CC°. LXXXI. XII°. Kalendas Marcii. Indictione IX.

An der Urkunde hängen nur zwei Siegel; das erste des Chalhochus de Hohenberg ist ganz gleich dem bei Hanthaler, Recens. diplom. genealog. T. II. Tabula XXXIV. Nr. XIX abgebildeten; das zweite, Leutoldi de Chunringen, pincerne Austrie, ist ähnlich dem l. c. Tom. I. Tab. XXIX. Nr. XI.

1) St. Veit an der Gölsen (ad Golsenam) unweit Lilienfeld, nicht „an der Gousen," wie in Wissgrill's Schauplatz des N. Ö. Adels, IV. Band, S. 380. Zeile 14 v. o. steht.

2) Siehe die vorausgehende Bestätigungsurkunde K. Ottokar's v. J. 1268, 30. Dec. (Nr. LIII. Seite 319.)

Digitized by Google

LXII.

1283. 26. October. Mainberg. — Otto von Mainberg schenkt seinen, von Friedrich von Hauseck erkauften Hof zu Schinteleck dem Stifte Göttweig mit der Bedingung, dass das jährliche Erträgniss dieses Hofes seiner Nichte Alheid, welche im Frauenkloster Profess gemacht hatte, lebenslänglich zur Verbesserung ihrer Pfründe gereicht werde.

[Cod. Privilegiorum. Fol. 185, verso.]

Ego *Otto* de *Mainberch* [1]) tenore presencium profiteor omnibus hanc paginam inspecturis, quod ad promouendum pie deuotionis propositum, quod *Alheidis* filia sororis mee dudum Deo auctore concepit et nunc per emissionem voti solempnizauit erga Monasterium Chotwicense, in quo sub regula beati Benedicti vult cum Sanctimonialibus ibidem Deo iugiter famulari curiam meam in *Schintelekke* [2]), quam emi apud dominum *Fridericum* de *Hausekke*, soluentem annuatim tres libras denariorum omnibus computatis, eidem Ecclesie sub venerabili domino *Hermanno* tunc Abbate ibidem, de consensu uxoris et heredum meorum in proprium obtuli perpetuo possidendam, ita tamen, ut easdem tres libras memoratus dominus *Hermannus* Abbas, vel sui successores qui pro tempore fuerint, prefate *Alheidi* in subsidium prebende annis singulis quoad vixerit administrent, ea vero mortua Curiam eandem sicut cetera bona ipsorum pro beneplacito ordinent et disponant. Si vero dictas tres libras eidem *Alheidi*, ut predictum est, solvere neglexerint, memorata Curia ad me vel ad heredes meos denuo revertetur. In supradicta vero Curia nec ego, nec quisquam alter heredum meorum nos pro Advocato ingerere possumus nec debemus, sed absque omni lucro eandem volumus fideliter sicut possumus defendere dum requirimur, ac dum Ecclesie Chotwicensi fuerit oportunum. In cuius rei testimonium presentes literas sigillo domini *Friderici* de *Hausekke* atque proprio consignavi. Testes sunt: Dominus *Reinhardus* de *Chuliub*, Dominus *Hartmannus* plebanus de *Chirchperch*, Dominus *Wichardus* plebanus de *Hofstetten*. Dominus *Hugo* plebanus de *Gravendorf*, Dominus *Swikerus* plebanus de *Weinberch*, *Gotfridus* plebanus de *Rabenstein*. Item laici: Dominus *Wichardus* de *Rabenstain*, Dominus *Fridericus* de *Hausekke*, Dominus *Albero* de *Scheuerberch*, Dominus *Chunradus* de *Pylchdorf*, Dominus *Chunradus* de *Scheuerberch*, Dominus *Heinricus* de *Hage*, *Heinricus* miles de *Ganzzendorf*, *Dietricus* de *Weizzen-*

Digitized by Google

berch, Georius frater suus, *Gotscalcus* de *Ramstein, Ulricus Chlinge. Chunradus* de *Hochenbart, Ortolfus* officialis Domini *Chunradi* de *Pilichdorf, Dietricus* de *Gunersperch, Chunradus* iudex de *Hofstetten, Rudigerus* fratres suus, et quam plures alii fide digni.

Datum in *Mainberch*, an. domini M. CC. LXXX. tercio. VII. Kalend. Novembris. Indiccione X[a].

1) Mainberg oder Meinburg am Wege von Hofstätten nach Rabenstein, bei der Bielach. O. W. W. (Kirchliche Topographie, 1825. VI. B. 385.)

2) Siehe Saalbuch Note Nr. X, Seite 123.

Im Jahre 1326, 11. März (des nägsten Eritag vor dem Palmtag) bestätigte Alber von Mainberg diese Schenkung, bekennend, dass er ermahnt sei worden, wie sein verstorbener Vater Otto sein freieigenes und rechtes Kaufgut den Hof zu Schintleeck sammt Allem, was dazu gehört dem Gotteshause in Göttweig gegeben hat „zu meiner Muemen Frawen Alhaiten der Hagerin, alzo dass si den Hoff mit ganczen nucz soll inn haben Ir phrünnt davon pessern unez an ihren Tod;" darnach soll derselbe Hof mit allen Nutzen gehören in die Oblai der Herrn und Frauen in Göttweig, und dafür in beiden Conventen ein Jahrtag mit Vigil und Seelenmessen gehalten werden. Zu dessen Urkund gibt Alber von Mainberg diesen Brief dem Abte Otto und Convente versiegelt mit seinem und seines „Oheims Herrn Ulrichs von Merchenstein," und mit seines Vetters Insiegel, Heinrich's des Mainberger „zu den czaiten Daez Piela gesessen."

[Original mit dem Siegel Albero's; die zwei anderen Siegel fehlen.]

LXIII.

1284. 17. März. Wien. — Herzog Albert von Österreich erklärt, dass er die Vogtei über die Kirche zu Külb, welche ihm die Brüder von Topel anheimgesagt haben, von nun an Niemanden als Lehen überlassen, sondern selbst verwalten und das Gotteshaus mit Allem, was dazu gehört, sowie auch den Pfarrer in seinen besondern Schutz nehmen wolle.

[Cod. Privilegiorum. Fol. 149 et 287.]

Nos *Albertus* Dei gratia Dux Austrie et Stirie, dominus Carniole, Marchie et portus Naonis ad universorum presentes literas intuentium noticiam deferimus profitentes, quod venientes ad nostram presentiam dilecti fideles nostri *Weichardus* videlicet et *Ortolfus* fratres de *Topel* omne ius advocacie, quod ratione feudi ipsis in parte dotis Ecclesie in *Kulib* competiit et competere videbatur ad manus nostras pro se et eorum heredibus nunc habitis et habendis libere resignarunt. Quam igitur advocatiam per predictos fratres nobis sicut premisimus resignatam pro nobis reservare et in

Digitized by Google

nostros successores perpetuo transferre decrevimus, nulli prorsus ut antea conferendam, ipsamque ecclesiam cum suis attinentiis et eiusdem loci plebanum, qui pro tempore fuerit, nostre defensionis specialis presidio uti volumus et gaudere. Testes vero huius rei sunt: Nobilis vir *Ulricus* de *Tuers (Tauurs)*, *Otto* de *Haslaw*, *Otto* de *Pertoldsdorf*, *Fridericus* dapifer de *Lengpach*, *Ulricus Capellanus*, *Fridericus* de *Husek*, *Chunradus* de *Schewrnbergk*, *Mengottus* de *Ratelperg*, *Otto* de *Wasserberg*, *Heinricus* de *Hag*, *Ulricus* de *Merchenstain*, *Dietricus* de *Weissenberg*, *Otto* de *Mainberg*, *Fridericus* et *Heinricus* fratres dicti *Fleischessen*, *Jubardus* et *Rudigerus* dicti *Vreul (frel)*, et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium presentes literas dari iussimus sigilli nostri munimine roboratas. Actum et datum *Vienne* feria sexta proxima ante dominicam Laetare, Anno domini Millesimo ducentesimo octagesimo quarto.

LXIV.

1286. 30. Jänner. Krems. — Gozzo von Krems erklärt vor seiner Pilgerreise nach Rom, dass ihm die Zehente bei Strazing vom Göttweiger Gotteshause nur auf Lebenszeit überlassen seien, daher auch nach seinem Ableben ohne weiters dem Kloster wieder anheimfallen sollen und keiner seiner Erben einen Anspruch darauf machen dürfe.

[Original.]

Ego *Gozzo* [1]) de *Chrems* in multorum bonorum virorum presencia constitutus, volensque ad sanctorum apostolorum Petri et Pauli limina sanus per dei graciam et incolumis proficisci, publice profiteor et aperte protestor, quod decimas in *Stretzinge* [2]), quas ab ecclesia teneo Chotwicensi, pro vite mee temporibus debeo tantummodo possidere, et meo, iuxta dei prouidenciam obitu intellecto, dicte decime pleno iure ad memoratam Chotwicensem ecclesiam reuertentur, nec quisquam heredum meorum sibi ius aliquod uendicare debebit aut poterit in eisdem. In cuius rei memoriam presentem feci litteram sigilli mei karactere in euidens testimonium consignari. Datum Chrems. Anno domini M. CC°. LXXX°. sexto. III°. Kal. Februarii. Indiccione XIIII^ta^.

Kleines (zerbrochenes) Siegel an einem von der Urkunde selbst theilweise abgeschnittenen Pergamentstreifen.

1) Der reiche und angesehene Kremser Bürger Gozzo trat nach dem Hinscheiden seiner Ehefrau im Jahre 1288 in das Cistercienser-Kloster

Digitized by Google

Zwetl. (Siehe Stiftungsbuch dieses Kl. Fontes Rer. Austr. II. Abth. III. B. S. 462 — 464. — Chmel, Geschichtsforscher I. Band. S. 554. II. B. S. 6.)

2) Stratzing, Pfarrort oberhalb Krems.

LXV.

1286. 25. Juni. Krems, im Hause der Dominikaner. — Irnfried, Stadtrichter in Krems, sammt der Bürgerschaft in Stein erkennen und bestätigen dem Abte Heinrich von Göttweig und allen seinen Nachfolgern das Recht, jährlich 20 Fuder Wein im Stiftshofe zu Stein pfennigweise und zu beliebiger Zeit auszuschenken; zugleich erklären sie vom besagten Hofe keinerlei Steuer fernerhin fordern zu wollen, ausser im Nothfalle zur Wiederherstellung der Stadtmauer.

[Original.]

Ego *Irnfridus* Iudex in *Chrems* et uniuersitas Ciuium Iuratorum in *Stain*, uniuersis presencium litterarum inspectoribus profitemur quod dominus *Heinricus* venerabilis abbas Ecclesie Chotwicensis eiusque successores in perpetuum ex antiquo Iure, quod ipsis et suo monasterio recognoscimus unanimi consensu, et bona voluntate nostra omnium accedente, habent et habebunt plenam potestatem vendendi viginti *caratas*[1]) vini per denariatas singulas[2]) in sua Curia sita in *Stain* omni anno, quandocumque ipsis videbitur oportunum. Nullam insuper penitus Steuram ab ipsis inposterum de prenominata Curia requirentes, nisi magna et generalis necessitas ad muri confirmacionem pro communi utilitate hoc expostulet et requirat; tunc quicquid uniuersitas pro muri restauracione[3]) fecerit, in numero comunitatis secundum estimacionem aliarum domorum ipse dominus abbas faciet de Curia prenotata. Ne igitur super prefato Iure in posterum aliqua ambiguitas valeat suboriri presentes ipsis damus litteras nostro sigillo personali et sigillo Civitatis in Stain munimine roboratas. Testes huius rei sunt. Dominus *Rinoldus* Decanus Chremsensis. Dominus *Pilgrimus* de *Capella*, Ecclesie Pataviensis Canonicus. Dominus *Wichardus Heuslarius* plebanus in *Hofsteten*. Item Ministeriales. Dominus *Stephanus* de *Missowe*, Marschalcus Austrie. Dominus *Vlricus* de *Capella*. Dominus *Otto* de *Celking*. *Vulfingus Heusler*. *Otto* de *Wildenstein*. *Marquardus* frater suus. Item Ciues de Chrems. Dominus *Gozo*. *Rudlo* antiquus Iudex. *Liebmannus*. *Vlricus* filius suus. *Walchunus* in foro. Item Ciues in Stain. *Leupoldus*, *Siboto*, fratres domini *Gozonis*. *Heinricus Seuelder*. *Chunradus Durst*. *Chunradus hilper*. *Hilperus*. *Cholomannus* et *Andreas* fratres, et

Digitized by Google

alii quam plures. Acta sunt hec in *Chrems* in domo fratrum Predicatorum. Anno ab incarnacione domini M°. CC°. octuagesimo sexto. Indictione XIIII^ta^. VII. Kalend. Julii.

Zwei ziemlich gut erhaltene Siegel: zuerst das kleinere des Richters Irnfried; an der andern Ecke das grössere der Stadt Stein, wie es D. Eduard Melly in seinen Beiträgen zur Siegelkunde des Mittelalters, Wien 1846, I. Theil, S. 47 — 48, abgebildet und beschrieben hat. — Vgl. Hanthaler, Recens. dipl. geneal. I. T. Tab. XXVI. Nr. 7.

1) Carrata, Karren, Fuder, heut zu Tage in Österreich zu 32 Eimer gerechnet, in früheren Zeiten aber verschieden, zwischen 30 — 40 Eimer angeschlagen. — Vgl. Keiblinger, Melk, I, S. 307, Note 1.

2) Wie man sagt: In kleinem Mass ausschenken. (Vgl. Urkundenbuch zur Geschichte v. Klosterneuburg von Maxim. Fischer. Seite 185—186.)

3) Das sogenannte Ungeld (nicht Umgeld), eine Auflage auf Einfuhr und Verkauf von Lebensmitteln; de quibus proventibus murus et turres civitatis construebantur etc. Haltaus Glossar. 1934. (Vgl. Notizenblatt der k. Akad. der Wissenschaften. 1855, Nr. 7, S. 145 unten.)

LXVI.

1286. 21. Juli. Göttweig. — Heinrich Huglinger und seine Ehefrau erklären, dass sie vom Abte Heinrich und Convent zu Göttweig einen verödeten Meierhof in Engelbrechts auf Lebenszeit erhalten haben, der nach ihrem Dahinscheiden, ohne Rücksicht auf die etwaigen Ansprüche ihrer Erben, dem Kloster wieder anheimfallen soll. Liutold von Chunring und Alram von Hertweigstein (der Schwiegervater Huglinger's) sichern und bestätigen diesen Revers durch Beisetzung ihrer Siegel.

[Original.]

De gestis hominum grandis et dura calumpnia oriretur, si non a voce testium aut scripti memoria reciperent firmamentum. Nouerint igitur uniuersi litterarum presencium inspectores quod Ego *Heinricus* dictus *Huglingarius* et uxor mea *Maria* filia domini *Alrami* de *Hertweigstain* unam villam incultam in *Engelprechts* [1]) nominatam ad manus virorum venerabilium domini *Heinrici* reuerendi abbatis ac dominorum fratrum conuentus Ecclesie *Chotwicensis* per seruiciorum negligentiam annis plurimis deuolutam ab ipsis recepimus taliter possidendam, quod quandocumque diuina vocante potencia nos ambo mortis debitum persoluerimus, prenotata villa cum omnibus attinenciis, libera et quieta ab impeticione qualibet nostrorum heredum, ad prelibatum Monasterium reuertetur. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo domini *Liutoldi* de *Chunringe*, et sigillo

Digitized by Google

domini *Alrami* de *Hertweigstain* ipsis dedimus roboratas. Testes huius rei sunt, dominus *Heinricus* de *Chunring*. dominus *Perchtoldus* de *Axstain*. dominus *Rugerus* de *Zaucharn*. dominus *Heinricus* de *Swelnpach*. *Chunradus Wolfreuter*. *Rugerus Gruber*. *Chunradus Hinterpurger*, *Heinricus Chezzer*. *Fridericus* gener *Grubarii*. *Andreas*. *Cholomannus* et alii quam plures. Acta sunt hec in *Chotwico*. Anno dominice incarnacionis M. CC. LXXX°. sexto. Indictione XIIII. XII. Kalend. Augusti.

1) Vermuthlich in der Nähe von Dankholz, dessen Burgfrieden (laut Urbar) von dem Engelbrechtsbächlein gegen Marbach (Pfarre Kottes) begrenzt wird.

Die angegebenen Siegel haften noch am Originale.

LXVII.

1286. 21. Juli. Göttweig. — Alram Ritter von Hertweigstein weiset mit gutem Willen seiner Töchter zu seinem und aller Verwandten Seelenheil, der Göttweiger Kirche Ein Talent jährlicher Einkünfte in Münichhofen an. [Original.]

Ne gesta hominum per successionem temporis ab ipsorum mentibus euanescant, virorum prudentum sollercia decreuit sua negocia voce testium et scripti memoria perhennare. Nouerint igitur uniuersi ad quos presens sriptum peruenerit, quod Ego *Alramus* humilis miles dictus de *Hertweigstain*, ob remedium anime mee et omnium predecessorum et successorum in consanguinitatis linea me attinentium, bona uoluntate mearum filiarum, *Marie* videlicet et *Katerine* et aliorum nostrorum heredum accedente, viris venerabilibus et Religiosis, videlicet domino *Heinrico* reuerendo abbati Ecclesie *Chotwicensis*, ceterisque fratribus in eodem Monasterio deo famulantibus, unius talenti redditus in *Munichhoven* positos, me sano et incolumi existente delegaui perpetualiter possidendas. Ne igitur per meorum heredum aliquem prenominato Monasterio in pretaxatis redditibus aliqua possit inposterum calumpnia suboriri, ipsis dedi presentes litteras Sigillo domini *Leutoldi* de *Chunring* et sigillo proprio roboratas. Testes huius traditionis sunt. Dominus *Heinricus* de *Chunring*, dominus *Perchtoldus* de *Axstain*, dominus *Rugerus* de *Zaucharn*, dominus *Heinricus* de *Swelnpach*. *Chunradus Wolfreuter*. *Rugerus gruber*. *Chunradus Hinterpurger*. *Heinricus Chezzer*. *Fridericus* gener *Grubarii*. *Andreas*. *Cholomannus*, et

Digitized by Google

alii quam plures. Acta sunt hec in *Chotwico*. Anno dominice incarnacionis M°. CC°. LXXX°. sexto. Indictione XIIII^ta^. xij. Kalend. Augusti.

Die Siegel: *Leutoldi de Chunring summi Pincerne Austrie* und: *Alrami de Herbeigstain* sind gut erhalten. — Letzterer stiftete sich im Jahre 1288 im Kloster Zwetl einen Jahrtag. (Link, Annal. Zwetl. I. p. 463. — cf. Hanthaler, Recens. II. 19.) Über Hertweigstein (Hartwicstain), siehe Seite 227.

LXVIII.

1288, 17. April. Göttweig. — Siboto von Arnstein erneuert und gewährleistet die von seiner Mutter geschehene, von ihm aber widerrechtlich angestrittene Entlassung und Übergabe des Konrad Hürnpach von Dietmarsdorf sammt aller Nachkommenschaft zum Gotteshause in Göttweig.

[Original.]

Notum sit uniuersis presentibus et futuris ad quos presens scriptum peruenerit, quod Ego *Siboto* dictus de *Arnstein Chunradum Hurnpach* de *Dietmarstorf*[1]) cum omnibus heredibus suis iam natis et in posterum nascituris ob omni debito seruitutis unacum meis coheredibus libere relaxaui, ipsum *Chunradum* et omnes suos heredes Ecclesie beate Marie in *Chotwico* ob remissionem peccatorum meorum ac parentum meorum voluntarie offerendo. Recognoscens inpeticionem meam qua ipsum indebite inpetebam, nullo modo fore debitam neque iustam, cum quondam meus dilectus Genitor dominus *Otto*, nec non mea predilecta Genitrix domina *Gerdrudis* cum omnibus ipsorum heredibus prenotate Ecclesie ipsum *Chunradum* obtulerint manumissum spontanea voluntate. Ne igitur prefatus *Chunradus* aut sui heredes per me aut meos coheredes videlicet fratrem aut sorores et ipsorum heredes, aut meos heredes, si quos in posterum me contigerit procreare, alicuius grauaminis molestiam pro impeticione seruitutis prehabite in posterum paciantur, prelibate Ecclesie nec non ipsi *Chunrado* prehabito et suis heredibus pro Centum marcis Argenti wiennensis ponderis statim persoluendis me et omnes possessiones meas in Austria sitas fide data manibus domini *Heinrici* dicti de *Mevrling* tunc venerabilis Abbatis prenominati Monasterii obligaui hoc addito, quod ipse *Chunradus* ac sui heredes libertate sibi per me ac meos coheredes tradita et concessa libere perfruantur. Verumtamen si aliquis ipsorum coheredum scilicet frater aut sorores nec non

Digitized by Google

ipsorum heredes atque mei, si quos procreauero, prenominatum *Chunradum Hůrnpach* ac suos heredes grauare insuper presumpserit, illud grauamen meis laboribus et expensis accrescentibus debeo ad voluntatem ipsorum *Chunradi* videlicet et suorum heredum plenarie complanare. Vt autem predicta manumissio per me ac meos coheredes et heredes in posterum inuiolabiliter obseruetur, presentem litteram Sigilli proprii ac Sigillorum dominorum subscriptorum scilicet domini *Leutoldi* de *Chunring* pincerne Austrie. Domini *Chunradi* de *Sumerowe* mei patrui, *Chunradi* mei fratris iussi munimine roborare. Testes huius rei sunt *Otto* et *Marquardus* fratres domini de *Wildenstain*. *Wernhardus, Dietricus, Wulfingus* fratres ac domini de *Heuslein*. *Heinricus* et *Chunradus* fratres dicti de *Reicholtsperg*. *Ortolfus, Albero, Leutwinus* fratres de *Hurnpach*. *Chunradus* et *Vlricus* fratres de *Fuert*. *Vlricus* filius domini *Hugonis*. *Chunradus* ibidem, et alii quam plures.

Acta sunt hec in *Chotwico*. Anno domini M.CC.LXXX octavo. Indictione prima. XV. kalendas May.

Von den angezeigten vier Siegeln fehlt das Chunradi de Sumerowe.

1) Siehe die vorhergehenden Urkunden Nr. LIV und LV.

LXIX.

1288. 16. August. Göttweig. — Abt Heinrich IV. von Göttweig bestimmt gewisse Einkünfte von Felabrunn, welche Margaretha, Otto's von Wald Gemahlin, dem Kloster vermacht hatte zu einem Frohmahle für die Convent-Brüder und Schwestern, die an demselben Tage für die Wohlthäterin und ihre Verwandtschaft ein Todtenofficium zu halten haben.

[Original]

Nos *Heinricus* miseracione diuina Ecclesie Chôtwicensis Abbas, uniuersis litterarum presencium inspectoribus cupimus esse notum, quod Redditus denariorum unius talenti, sitos in *Velabrunne*, quos domina *Margareta*, uxor domini *Ottonis* de *Walde*, de voluntate et consensu sui patris domini *Alberonis* de *Michelsteten*, ob remedium anime sue et omnium parentum suorum nostro Monasterio sub testamento delegauit, ad consolacionem fratrum nostrorum duximus statuendos tali pacto, ut annis singulis Prior nostre Ecclesie fratribus nostris et sororibus feria quarta quatuor temporum ante Natiuitatem Domini de predictis denariis consolacionem facere debeat ad

Digitized by Google

valorem unius talenti prehabiti computatam. Ipsi vero Fratres et Sorores tali die memoriam ipsius domine *Margarete* et aliorum parentum et affinium suorum in celebracione missarum et vigiliarum iuxta consuetudinem defunctorum deuote et communiter agere tenebuntur. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro et conuentus, et ob perpetue firmitatis indicium, sigillo domini *Alberonis* de *Michelsteten*, patris predicte Margarete, et Mariti sui domini *Ottonis* de *Wald* sigillo duximus confirmare. Testes huius rei sunt. Dominus *Wichardus*, plebanus in *Neleub.* dominus *Wulfingus* de *Wald.* dominus *Otto* de *Wald.* dominus *Otto*, dominus *Marquardus*, fratres de *Wildenstain.* Dominus *Ditricus*, dominus *Wulfingus*, fratres de *Heuslein*, et alii quam plures. Acta sunt hec in *Chotwico* Anno domini M° CC° LXXX° VIII°. XVII. kalendas Septembris.

An der Urkunde hängen fünf ganz gut erhaltene Siegel, und zwar: *a)* das zweitälteste Conventsigel, spitzoval, etwas über 3 Zoll hoch, 2¼ Zoll breit, so wie es in Hanthaler's Recens. dipl. geneal. Tom. I. 125—126 beschrieben, und tab. XIII, Nr. XII abgebildet ist. Deutlicher findet man dasselbe dargestellt im Archive für Kunde österr. Geschichtsquellen, V. Band (Jahrg. 1850, II. Bd., 3. u. 4. Heft) S. 526. Nur ist die Angabe des Jahres 1314 nach dem Datum der vorliegenden Urkunde, d. i. 1288, zu berichtigen. Ohne Zweifel hat Abt Heinrich, der IV. d. N. aus der edlen Familie de Mewerlinge (jetzt Meidling bei Göttweig) als er im J. 1286 Vorsteher des Stiftes wurde, ein neues grösseres und schöneres Conventsiegel verfertigen lassen. Sein eigenes abteiliches Siegel *b)* welches sich ebenfalls an der Urkunde befindet, ist von mittlerer Grösse, länglicher Form, und stellt den Abt stehend auf einem Postamente vor, im kirchlichen Gewande (Flocke, Chorkleidung), in der rechten Hand einen einfachen Hirtenstab, mit der linken das geschlossene Regelbuch an die Brust haltend. — Umschrift ✝HEINRICUS·DEI·GRA·ABBAS·CHOTWICEN· Eine gute Abbildung findet man davon in Keiblinger's Geschichte des St. Melk I. (letzte Tafel, Siegel Nr. 6, dazu S. 388, Note 1, und S. 1146). *c)* Das 3. Siegel Alberonis de Michelsteten. *d)* Wulvingi de Wald, gleich dem bei Hanthaler, Recens. dipl. geneal. II. tab. XLVII. Nr. XXI. (Ottonis III. de Wald.) *e)* Ottonis de Walde, loc. cit. Nr. XIX.

LXX.

1289. — Margaretha von Streitwiesen überlässt mit Zustimmung ihrer Kinder und Erben dem Ortwin von Gösing lehensweise einige Güter in Gösing und Fels.

[Original.]

Que geruntur in tempore, cum tempore ne labantur, necessarium est et utile ad memoriam hominum scripturarum testimonio

Digitized by Google

reuocare. Hinc est quod nos *Margareta* et *Hainricus* filius noster, et *Gertrudis* filia nostra et alii heredes ad hoc pertinentes de *Streitwesen* omnibus hanc litteram inspecturis tam presentibus quam futuris uolumus notum esse, *Ortwino* de *Goznich* (et) uxori quinque areas sitas in *Goznich*, soluentes sex solidos minus XII denariis, et sex iugera ibidem soluentia LX denarios, et unam aream sitam in *Velz*, soluentem L^ta^ denarios duobus minus, sibi et heredibus suis tam filiis quam filiabus aut cuicunque uendere voluerint iure contulimus feodali perpetualiter possidendas. Vt autem hec dicta certa permaneant et firmata, hanc litteram nostro sigillo fecimus communiri, testibus subnotatis, qui sunt tales, dominus *Wichardus* miles de *Rietental*. dominus *Hainricus* de *Windorf*. *Chunradus* de *Windistei*. *Hilprandus* de *Straz*. *Perhardus* de *Straz*. *Wildungum* civem (sic) de *Hedrichsdorf*. *Vlricum* iudicem ibidem. *Vlricum Hertricum*, *Chunradum* fratrem *Wildungi*. *Hertwicum Wollonem*. *Haimonem*. *Hainricum* de *Chambek*. *Meinhardus* de *Goznich*. *Gerlohus* ibidem. *Hainricus* ibidem. *Rudolfus vůlpes*. *Hainricus albus*. *Hainricus Hirzo*. *Heinricus* filius *Neuzlinge*. *Růegerus Steger*. *Chunradus officialis*. *Ruegerus* frater eius. *Hainricus Enichel*. *Rudolfus* ibidem. *Wernhardus* de *Claubendorf*. *Chunradus* ibidem. *Hermannus Wokerlo*. *Chunradus Rumpler* de *Velz*. *Chunradus Notarius*. et alii quam plures.

Das Siegel *Henrici de Streitwesen*, wie es in Ph. Hueber Austr. ex Archivis Mellic. illustr. tab. VI. Nr. 11 abgebildet ist. Die Einreihung zum J. 1289 rechtfertiget sich durch einen deutschen Brief vom Jahre 1289 Lichtmesstag (2. Februar), laut welchem Margareth von Streitwiesen, mit gutem Willen ihrer Kinder Gertraud und Heinrich, dem Ortwein von Gösing und seiner Hausfrau Perchta sieben Hofstätten (1 zu Velez u. 6 zu Gozinkh) sammt allem Dienst und was dazu gehört um 8 Pfund Pfennig als gekauftes Lehen auf immer überlässt. Dieselbe Margareth von Streitwiesen und ihr Sohn Heinrich verkauften 1294 (St. Augustinstag) ihr rechtes Eigen, 8 Hofstätten zu Gösing, dem Abte Heinrich und der Sammung in Göttweig. — Gertraud von Vendorf, ihre Tochter, gab dazu am 4. Juli (St. Ulrichstag) 1294 ihre Einwilligung, gesiegelt mit ihres Ehewirthes, Herrn Wolfahrts von Vendorf Insiegel. — In demselben Jahre 1294 St. Colmannstag (13. October) nahmen Margareth, ihr Sohn Heinrich von Streitwiesen und ihre Tochter Agnes (? Gertraud) von Vendorf ihr rechtes Eigen zu Gösing, 50 Pfennig Gült von Gerlach, und 42 Pfennig Gült von Ortwein, den beiden Lehensträgern, wieder zurück, und gaben diese Gülten ebenfalls dem Stifte Göttweig, wobei die meisten der oben genannten Zeugen zugegen waren. (Über die Edlen von Streitwiesen hat Ign. Keiblinger einige genealog. Notizen in Reil's Donauländchen, S. 414 u. ff. und in der Geschichte des St. Melk, I, 411 mitgetheilt.)

Digitized by Google

LXXI.

1289. 22. September. Sonnberg. — Leutwin von Sonnberg williget mit seiner Ehefrau ein, dass die Schwiegereltern ihre Besitzungen in Gösing dem Abte von Göttweig verkaufen; auch entsagt er für sich, seine Kinder und Erben auf immer allen Rechten und Ansprüchen auf die genannten Güter und verpflichtet sich dem Stifte dafür Gewähr und Schirm zu leisten.

[Original.]

Ego *Leutwinus* dictus de *Sunnenberch*, nec non vxor mea domina *Elyzabet*, tenore presencium profitemur omnibus hanc litteram inspecturis, quod propter necessitatem imminentem domino *Rugero* dicto de *Prant*, socero meo, nec non domine *Margarete* mee socrui, bona voluntate nostrorum heredum omnium accedente, consensum dedimus, vt omnes possessiones suas in *Goznich* sitas, cum omni iure, quod in ipsis bonis hactenus possederunt libere et quiete, domino *Hainrico* venerabili Abbati, totique conuentui fratrum Monasterii St. Marie in *Choetwico* pro quadraginta et quinque libris denariorum venderent perpetualiter possidendas, protestantes, quod prelibate possessiones prenominato domino *Rugero* patri, sueque coniugi domine *Margarete*, Matri uxoris mee pro commutacione bonorum sitorum in *Schonenstraze* et in *Rotenlaim* per dominum *Heinricum* dictum de *Liechtenstain* facta, in equiualenciam sunt donate, que possessiones predictam dominam *Margaretam* iure hereditario respicere noscebantur. Renunciamus itaque cum omnibus nostris liberis et heredibus omni iuri, quod nobis in eisdem possessionibus ratione hereditatis aut aduocatie in exspectatione hereditaria competere uidebatur. Ne igitur in posterum per nos aut nostros heredes, genitos et gignendos, predicto domino Abbati aut congregationi fratrum eiusdem Monasterii Chôtwicensis alicuius impeticionis aut erroris scrupulus oriatur, nos in tutelam et defensionem quod vulgariter *gewer* et *scherm* dicitur iuxta terre consuetudinem in bonis prehabitis predicto Monasterio obligamus, in testimonium et cautelam presentem litteram meo sigillo sigillisque virorum nobilium hic appensis confirmando. Testes huius rei sunt. Dominus *Pilgrimus* de *Capella*. Dominus *Wichardus Heusler* plebanus in *Neleub*. Dominus *Heinricus* plebanus in *Sechsen*. Item Ministeriales. Dominus *Leutoldus* de *Chunring* eiusdem Cenobii aduocatus. Dominus *Ulricus* de *Capella*. Dominus *Otto* de *Volkensdorf*. Dominus *Vlricus* de *Hovs*. Dominus *Eberhardus Harlunch*.

Digitized by Google

Dominus *Wernhardus* de *Russpach*. Dominus *Heinricus* de *Trun*. Dominus *Vlricus* de *Smida*, *Chunradus* de *Capella*. *Wernhardus*, *Ditricus*, *Wolfingus*, dicti fratres de *Hevslein*. *Otto*, *Marquardus*, fratres de *Wildenstain*. *Chunradus*, *Leutwinus* de *Hurnpach*. *Albero*, *Leutwinus* de *Hurnpach*. *Chunradus*, *Vlricus* de *Fuert*. *Cholomannus*, *Andreas*, *Hiltperus*, et alii quam plures. Datum in *Sunnenberch*. Anno domini M° CC° LXXX° nono. in die b. Mauritii martyris et sociorum eius.

An der sehr verletzten Urkunde hängen drei Siegel: *a)* Leutwini de Sunnberch (Hanthaler, Recens. II, tab. XLV. Nr. 19); *b)* Leutoldi de Chunring, und *c)* Pilgrimi de Capella, Canonici Patav.

LXXII.

1293. 10. Juli. Göttweig. — Otto der Piber entsagt allem ferneren Streite, den er mit Göttweig über die Einkünfte von dreizehn Hofstätten in Gösing geführt, welche sein Schwager Ruger von Prant dem Abte Heinrich verkauft hatte, und gelobt dafür Gewähr und Schirm zu leisten gegen alle etwaigen Ansprüche seiner Verwandten und Erben.

[Original.]

In Nomine Domini Amen. Notum sit tam presentibus quam futuris litterarum presencium inspectoribus, quod cum Ego *Otto* dictus *Piber*, venerabilem in Christo patrem ac dominum *Heinricum* Abbatem Monasterii Sancte Marie in Chôtwico pro redditibus XIII arearum sitarum in *Goznich*, quos idem dominus abbas a domino *Rugero* de *Prant* et sua uxore, mea sorore dicta *Margareta*, sui monasterii nomine comparauerat, impeterem, et ex informacione virorum discretorum nullum Jus in prenominatis bonis me habere recognoscerem, renunciaui et cessi bona voluntate omni actioni et Juri, quod michi in prelibatis possessionibus et ipsorum accidenciis conpetere videbatur, obligans me ad tutelam et defensionem prestandam, quod vulgariter *Gwer* et *Scherm* dicitur, si *Rugerus* frater meus, aut *Benedicta* soror mea, uel aliquis coheredum meorum in posterum occasione alicuius litis prenominatum dominum abbatem aut suum monasterium pro bonis prescriptis impetere forsitan voluerit aut presumet. In cuius rei testimonium presentes litteras Sigillo domini *Vlrici* de *Capella* et sigillo proprio ipsi domino abbati et suo monasterio tradidi consignatas. Testes sunt dominus *Pilgrimus* de *Capella* Canonicus

Digitized by Google

